

Bibliothèque numérique

medic@

**Baillou, Guillaume de. Epidemiorum et
ephemeridum libri duo**

Parisiis : apud Iacobum Quesnel, 1640.



(c) Bibliothèque interuniversitaire de médecine (Paris)
Adresse permanente : <http://www.bium.univ-paris5.fr/hist/med/medica/cote?05951x01>

5951 GVLIELMI
BALLONII
 MEDICI PARISIENSIS
 CELEBERRIMI,
EPIDEMIORVM
 ET
EPHEMERIDVM
 LIBRI DVO,

Studio & operâ M. IACOBI THEVART Medici
 Parisiensis, digesti, Scholiis aliquot illustrati,
 & in lucem primùm editi.

Αφόβως βιάσειν, ἢ μὴ λαθραῖα,
 φθρεγξόμνα πρὸς τὸν πρὸς πικρῶν.



PARISIIS,
 Apud IACOBVM QVESNEL, viâ Jacobza, sub signo
 Cochleæ, & Columbarum.
 M. DC. XL.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

Boullanger doctor medicus Ambranus.







NOBILISSIMO
AC SPECTATISSIMO
VIRO DOMINO
CAROLO
BVVARDO

In vtroque Regis Consistorio Secretiori Con-
siliario, & Archiatrorum Comiti
dignissimo,

IACOBVS THEVART, Medicus Parisiensis, S. P. D.



VLTI gentibus eum mo-
rem fuisse legimus (Vir am-
plissime BVVARDE) ut mo-
lâ salsâ & lacte Diis supplica-
rent, si deficerent thura, quibus
Deos patrios ritè venerarentur : neque vnquam
culpa aut vitio datum fuit Deos summâ religione

ã y

Epistola

colere, aut heroas aliquo officij & obsequij genere prosequi. Maximo sic quondam Regi à tenuis census opifice oblatum fuit ἰδαίτιον, quod is benignissimè excepit, plurisque dantis animum & religionem, quam muneris pretium & dignitatem aestimavit. Dabis, si placet, pariter veniam, Archiattrorum Comes dignissime, si hos Epidemiorum & Ephemeridum libros à Clarissimo BALLONIO, plurimum olim tibi commendato, studiosè lucubratos, amplissimi muneris instar tuæ dignitati & authoritati voueo atque offero; cum non suppetat magnificentius aliud, quod ad tuos tholos appendam. Leuidense fateor, ut par est, hoc munusculum aestimabis, si ex tuâ dignitate, aut eruditionis absoluta gloria spectetur: Verum si novitas rebus omnibus aliquid pretij & dignitatis adferre solet, non est quod diffidam quin aliquam apud te gratiam ineat. Nullus enim, ex clarissimis nostri ordinis proceribus in hunc usque diem, de Constitutionibus aëris imperij nostri Gallici, & anniuersariis temporum vicissitudinibus, quicquam scriptis aut literis mandauit. Quæ tamen temporum tempestatumque vices & aëris μεταβάσεις, in Medicina facienda tanti momenti existunt, ut in iis τὸ γένος reperiri, parique ratione, à temporum mutationibus potissimum oriri morbos scripserit Hippo-


Nuncupatoria.

crates. Quamobrem apud suos, hanc Medicina partem diuinus Senex diligenter excoluit, sexque aureis planè libris comprehendit. Nemini igitur mirum videri debet, si præ cæteris BALLONII operibus, hosce de Morbis, qui apud nos populariter superioribus annis grassati sunt, libros, tibi tuoque nomini nuncupandos selegi. Nam cum in Hippocratis & Galeni lectione sis versatissimus, nihilominus tamen diuinis Hippocratis Epidemiorum libris potissimum te delectari fama prædicat. Vnde mihi sperare licet, quòd animi relaxandi gratia, anniuersarias hasce cœli nostri constitutionis curiosius legere non aspernaberis, in quibus nonnulla fortè comperies, quæ præstans tuum ingenium recreabunt, & graue tuum iudicium expectant: nam si hæc lucubrationes à te probatæ fuerint, non est quod cuiusuis censuram, aut maligni liuoris dentem postmodum reformident. Is enim es vnus pulcherrimo illo Madurensis philosophi dignus elogio, inter doctos nobilissimus, inter nobiles doctissimus, inter utrosque optimus; Is, inquam, qui post summam in visendis agris curam & sedulitatem, post tot deuictos & superatos populares morbos, tot præstantes viros orci faucibus ereptos, ad supremum medica dignitatis fastigium euectus fueris. His præclaris titulis & nominibus artis scilicet peritiâ,

ã ij

Epistola Nuncupatoria.

probitate, prudentiâ, fide, integritate, vigilan-
 tiâ, ἄνευ δὲ denique, Regis invictissimi & iustissi-
 mi vitam tueris sanitatemque moderaris; Hanc
 sapius nutantem, & propè labantem (sed ma-
 ximè dum potentissima morborum causa regione
 feruidâ, aestuoso cælo, sævientibus passim populari-
 bus morbis iisque periculosissimis, Principis genero-
 sissimi, immò totius regni incolumitati insidia-
 rentur) singulari tu, & propè divinâ ἀρχαίῳ &
 mirabili θεοῖσιν stabiluisti, atque confirmasti.
 Quid plura? ad tam laudabilem ἐπιτυχίῳ & εὐπρα-
 γίῳ, gradum beatissimis tuis consiliis Regem po-
 tentissimum perduxisti, ut ille Augustissima Bor-
 boniorum stirpi, imperio Gallico, totique orbi
 tandiū desideratam & exoptatam prolem magnâ
 omnium admiratione ac lætitia fortunauerit.
 Quos istos tuos honores ac faustos rerum exitus,
 Deum Optimum Maximum oro, atque obtestor,
 ut benè ac feliciter prouehat, teque nobis incolu-
 mem quàm diutissimè seruet. Vale. Lutetie
 Parisiorum Kal. Aprilis. 1715. Ann. à salutifero
 partu M. DC. XL.



BENEVOLO LECTORI
IACOBVS THEVART
 MEDICVS PARISIENSIS,

S. D.



ET VS est, sapientumque omnium calculo comprobata sententia (BENEVOLE LECTOR) non nobis solum natos nos esse, sed & Patrie: quam qui pro sua virili nulla vnquam ratione adiuuerint; indigni profecto sunt, qui aliquod inter ciues nomen obtineant, adeo vt, vel ipso referente Seneca, turpius nihil sit, quam grandis natu

fenex, qui nullum habet aliud argumentum, quo se probet diu vixisse, praeter aetatem. Quod cum altamente repostum gereret Clarissimus BALLONIUS, dignissimus quondam facultatis nostrae Decanus, & antiquior Magister, ita dum viueret semper se domi forisque gessit, vt posthabitâ ac fermè neglectâ rei domesticæ curâ, totus is utilitati publicæ deditus atque consecratus videretur. Testes eius rei sunt hac in vrbe superstites adhuc plusquam sexcenti, cum

*Lib. 1. de
tranq. vita.*

AD LECTOREM.

nobiles ac locupletes, tum pauperes & egeni, quos pari sedulitate ac vigilantia inuisit ægrotantes, & à morbis vindicauit grauissimis. Idipsum & abundè restantur præclara eius monumenta, quibus conscribendis & elaborandis, totum id quod ex ægrorum curatione succidere tempus poterat, insumpsit, quæque fati ipse concedens apud me Nepotem, tanquam charissima pignora, deposuit, eo consilio, ut captatâ per me *εὐχαιεῖα* ederentur aliquando: sicque is ipse non præsens tantum coætaneis suis, sed & vitâ functus posteritati prodesset. Nec sua illum hæcenus fefellit expectatio; quippe ex eius Consiliis iam ante annos aliquot euulgatis, Philiatr^ω plerique fatentur palam ac ingenuè plurimum se adeptos, & ad peritè, ornatèque de rebus medicis differendum, & ad medendum periculosis non paucis affectibus. Verum longè maioris apud me ponderis semper fuit Nobilissimi & meritissimi Archiatr^ω Comit^{is} BVVARDI de Consilijs ipsis, deque Authore iudicium, quem ipse non semel pronuntiauit, talem olim se nouisse, ut nihil ab eo nisi doctum, curiosum, & ad vnguem elaboratum prodire posset. Quo certè elogio (cùm laudari à laudatissimis viris singularis virtutis sit argumentum) quasi stimulo quodam vehementer me incitatû sensi ad alia quædam BALLONII Opera ex musei nostri latebris in publicum emittenda, ac præ cæteris Epidemior^ω & Ephemeridum libros duos: Definitionum medicarum vnum: Commentarium in Theophrasti libellum de vertigine, ac tan-

AD LECTOREM.

ac tandem famosum illud Problema; Cur faucia-
tis dextrâ capitis parte conuulsio sanæ partis con-
tingat. Quæ opuscula quatuor diuersis etsi de rebus
tractent, vno volumine visum æquum est com-
prehendere, quòd singula mole exigua sint, rerum
tamen ac sententiarum pondere amplissima, ex qui-
bus si legere vacat, vtilem iuxtà ac suauem fructum
percepturus es. In prioribus enim duobus libris non
modò morborù passim grassantiù, vt ipsa pollicetur
Επιδημιών Ἐπιγραφή, ideam & morem licebit obseruare,
sed & anniuersarias temporum constitutiones ac
mutationes accuratè descriptas illic inuenies (quare
& Εφημερίδες id operis nuncupatur.) Immò & memo-
rabiles historias quasdam, rarasquæ authoris obser-
uationes, nec non quæstiones scitu dignissimas pas-
sim offendes, quæ hisce titulis, Τετηνημένα καὶ Ερωτήματα
ἀξιόλογα intelligi debent: Omnia denique tantâ do-
ctrinæ varietate vbique conspersa animaduertes,
vt non immeritò Πάρεργα quoque, ἢ Σύμμικτα idem
hoc opus Author inscripserit. Quos ad libros scho-
lia etiam nonnulla addidimus, quò faciliùs & prom-
ptiùs ad præcipuos & selectiores locos oculorum &
mentis aciem intenderes. Ad librum autem Defi-
nitionum Medicarum quod spectat, parum abfuit
quin æternis illum tenebris addixerim, quòd nempe
id argumentum iam olim à IOANNE GORRÆ Medico
Parisiensi doctissimo eleganter excultum, nu-
per verò ab eius Nepotè, aucti vt nominis sic & do-
ctrinæ & virtutis hærede, tanta accessione locuple-
tè

AD LECTOREM.

ratum sit, ut vel ipse Aristarchus ad eius perfectio-
nem nihil desideret. Vnde sic apud me reputabam, si
post amplissimū hoc absolutissimumque GORRÆO-
RVM opus pauculas BALLONII Definitiones in lucē
profero, perinde exceptum me iri, ac si Noctuas
Athenas, ut est in prouerbio, comportarem: ideoque
ab eius eruditissimi libelli editione decreueram ab-
stinere. Verūm qui hasce BALLONII Definitiones
perlustrauerant docti quidam viri, meum id con-
siliū ne utiquam probauerunt, iis me verbis affati,
quibus apud Homerum Automedontem affatur Al-
cimedon,

Τίς τοίνυ θεῶν νηκερδέα βυλῆν,
Εν γῆσι: σιν ἔθηκε.

An nō liquet, aiebāt, aliud omninō scriptionis genus
sequutos esse GORRÆOS, aliud BALLONIVM? qui ni-
mirū spinosas dictionum & distinctionū ἀκριβολογίας
vix attingens, totus in explicandis rebus obscurisq;
Hippocratis & Galeni locis, Sholiastis instar, enu-
cleandis occupatur. Ne inuideas, iterabant, eam
utilitatem Philiatris, quam aliundē consequi non
possint. Quibus dictis ipse persuasus, non potui non
manum admouere operi, hoc est, nullo certo or-
dine dispositas voces iuxta literarum Græcarum se-
riem describere, typisque excudendas tradere, cum
Epistola quadā ad L. DVRETVM, ex authoris Epi-
stolis excerpta, quā constat se, si vixisset, opus hoc
ipsi DVRETO, quo vsus erat Præceptore, dicaturū
fuisse. At verò de Theophrasti libello *περὶ ἰκρίων*,
deprauato quondam ac mutilo, nunc vero pristino

AD LECTOREM.

suo nitori atq; integritati restituto, prima quidē ha-
 benda venit gratia **BONAVENTURÆ GRANGERIO**,
 Medico Parisiēsi eruditissimo, à quo & Latinus olim
 factus, & scholijs aliquot illustratus est; sed ijs ita
 breuibus, vt dictionis dumtaxat curā habuisse videa-
 tur. At **BALLONIUS** rebus ipsis quā nominibus ma-
 gis addictus, nihil obscurum non abundè explicatum,
 nihil dubium non discussum ac solutum relinquit,
 omniāque ad vertiginis generationem, dignotio-
 nem & curationem pertinentia, quantumuis abdita
 sint, ita patefacit, vt tenebricosus ille affectus *σχοτό-
 δντος*, iam pellucidus ac perspicuus haberi debeat.
 Huic autem de vertigine tractatui ob affectuum affi-
 nitatem attexuimus celebrem illam, quæ multorum
 ingenia hæctenus exercuit, quæstionem de Conuul-
 sione, quā aduersus neotericū quendam **BALLONIUS**
 ipse conscripsit, non vilo quernquam reprehenden-
 di studio, vt ex eo liquet quod eius nomini parcere
 voluerit, sed tantum veritatis indagandæ gratia. Pro
 quibus operibus ingenuo liberalique animo com-
 municatis grande præmium reportauero, si intel-
 lexero aliquem ex ijs ad te ægrosque tibi commis-
 sos fructum peruenisse: Immo ad elegantissimum
 eiusdem authoris Librum de Virginum & Mulierum
 morbis ad mentem Hippocratis, eis paucos menses
σὺν ὀλίῳ edendum alacrius me accingam, qualque
 perferre oportet eum qui cum Typographis rem ha-
 bet difficultates ac curas, tui gratiā lubens ipse subibo
 humeris, nec me labor iste grauabit. Vale.



E NEVOLO LECTORI
 G V L I E L M V S
 D E B A I L L O V
 D O C T O R M E D I C V S
 P A R I S I E N S I S , S . D .



M quisque nostrum ita viuit, ut se ad voluptatum illecebras natum non existimet: & brutorum more non negligit quid ante pedes sit, quid à tergo, quid denique sequens dies sit allatura. Sed prudenter temporum antecessiones animaduertit, & futuris quoad potest presentia annectit. Frustrà alioqui communi hoc cælo frueremur, frustrà alius ante alium nasceretur: sed melius natura ex communi quodam Chaô, aut Democriti fortuito atomorum adhasu concursuque homines produxisset, ut nil antè, nil post, nil molle & iuuenile, nil senile foret & vietum. At cum illa sapienter nil vniuersum profuderit, sed atates constituerit, quibus homines inter se, tanquam in Comœdiæ actibus personæ distinguerentur: eam singulorum consensionem esse voluit, ut qui antè nati fuerint, tanquam vsu rerum & temporis cursu triti calluerint, aliquid

AD LECTOREM.

à se cognitum, visum, cultum, animaduersumque ad posteros manu transfundant. Vt in id vnum intentia posteritas augeat, minuat, melius faciat, limet, aut nouum cudat. Quod si homini desit, deesse quoque illam vim oportet quâ Deum propè attingit, nec quicquam est quo pecudes, quas ventri obediens natura effinxit, ab homine vincantur ac superentur. Quæ causa fuit, vt anniuersarias temporum vices, status eorum rarios, inconstantesque in memoriæ subsidium scripserimus, vt id ad vsum eius artis quam colimus, accommodetur. Siquidem qui spectis temporum obseruationibus, quorum par est & ad morborum cognitionem & curationem momentum & ratio, ad faciendam medicinam se accingit, idem is agit ac qui aliquò peruenturum se confidit, cum ne constet quidam quâ sit ingrediendum. Contra, præclare in obeundo sui officij munere versantur, quorum animo impressa est notitia antecedentium temporum, & consequentium progressus, vt cum morbi huius aut illius indolis inciderint, aliquid nouum contigisse non dicant, & nouorum morborum, tanquam incogniti cuiusdam monstri accessu ac fronte non terreantur. Quod ijs accidit qui in diem viuunt, paulum admodum sentientes quid olim aduentarit, atque ita ad admirationem sciolorum & plebeiorum asylum confugiunt: Et dum rei admirationi incumbunt, multa sinunt elabi ac effluere, quorum facta copia immortalẽ gloriam ijs acquireret. Si verò temporum quæ adsunt, sola ratio habenda, posthabitâ præteritorum curâ, quò pertinet memoria, cui tanquam reconditori thesauro rerum anteaactarum obseruatarumque imago concreditur, ex quo tanquam penu cum vsus erit, aliquid tandem eliciamus: Vnde historiam celebrarunt veteres, quod in ea omnium sæculorum, rerumque

AD LECTOREM.

progressarum imago contineretur. Immo historia nomen deduxerunt ἀπὸ τῆ ἰσάου τὸν τῆς μνήμης πῶν : Quod illa cursum fluxumque memoris compefcat ac retardet. At interea omnes rogatos velim quibus industria futurus est fructus aliquis, vt eum hebecere non finentes aduersaria conſcribant, Diuinum interea ſenem, cuius laus omnem memoriam eſt ſuperatura, imitati : vt nos vnà incumbentes operi, vnum aliquid moliamur, cuius fructus & vtilitas ad poſteros permaneat. Vale. 4. Cal. Nouembr. 1574.





APPROBATIO.

FGO CAROLVS GVILLEMEAV in saluberrima Medicinæ facultate Parisiensi Decanus, Consiliarius, & Medicus Regis Ordinarius, fidem facio me Libros, qui inscribuntur: M. GVILLELMI DE BAILLOV Doctoris Medici Parisiensis *Επιδήμια, Εφημερίδες, Πάρεργα, Τετηρηθήα, Ερωτήματα αξιόλογα, Σύμμικτα, seu Epidemiorum & Ephemeridum Libri duo*, perlegisse; omniâque in illis iuxtâ veram & legitimam Hippocratis & Galeni doctrinam summâ cum eruditione exponi. Lutetiæ Parisiorum, octava Octob. Ann. Dom. 1636.

GVILLEMEAV Decanus.

IOANNES DE BOVRGES,
Doctor Medicus Parisiensis.

IACOBVS CORNVTY,
Doctor Medicus Parisiensis.



EXTRAIT DV PRIVILEGE.

PAR Grace & Priuilege du Roy, il est permis à M. IACQUES THEVART Docteur Regent en la faculté de Medecine en l'Vniuersité de Paris, de faire imprimer deux Liures intitulez *Επιδημία, Εφημερίδες, Πάρεργα, Τετηρημένα, Ερωτήματα ἀξιόλογα, Σύμμικτα*, Composez par M. GVILLAVME DE BAILLOV, iadis tres celebre Docteur Regent, Doyen & Ancien Maistre de ladite faculté de Medecine son oncle, par luy reueus, corrigez, & mis en bon ordre, avec defentes à tous Libraires & Imprimeurs, & autres personnes de quelque qualité, & condition qu'ils soient, d'imprimer ou faire imprimer, vendre ny debiter lesdits Liures dudit sieur DE BAILLOV, sans le congé & permission dudit sieur THEVART, durant le temps & espace de sept ans, à compter du iour que lesdits Liures seront acheuez d'imprimer, à peine de confiscation des exemplaires, & de mil liures d'amende enuers luy, & de tous dépens, dommages & interests, ainsi qu'il est plus au long contenu en l'Original. Donné à Paris, le dixneuuesme Ianuier, 1636. Signé, Par le Roy en son Conseil,

TARTERON.


Et scellé du grand sceau de cire iaune.

IOANNES DE BOURGES


Docteur Medecin Parisien

L'Edit sieur THEVART a consenty & consent, que IACQUES QVESNEL Marchand Libraire à Paris puisse imprimer & vendre lesdits Liures aux conditions, & pour le temps porte par ledit Priuilege, & ainsi qu'ils en sont demeurez d'accord.

Acheué d'imprimer le 13. Aueil, 1640.


 Ad Clarissimum THEVARTVM
 Parisiensem Medicum doctissimum, excudi
 curantem typis Auunculi BALLONII
 Opus de Morbis popularibus.

EPIGRAMMA.


BALLONIVS sparsos in vulgi cor-
 pora morbos
 Dum fugat, egregia profuit arte sibi.
 Illius aeternos dum nostra etate labores
 Aeternis mandas, Clare Theuarte, typis:
 Ballonio famam Medico, populoque salutem
 Concilias, laudem sed magis ipse tibi.

IOANNES BERAVLT
 Medicus Parisiensis.



In Opuscula BALLONII
CAROLO BVVARDO,

Archiatrorum Comiti nunquam satis laudato
 inscripta à IACOBO THEVARTIO
 Medico Parisiensi.

EPIGRAMMA.

NON meliùs poterat inscribere opuscula nostri
 BALLONII, fatum quæ populare fugant,
 Et mille ingenij, doctrinaque artibus, orco
 Eripiunt prædam nocte dièque suam.
 BVVARDO totum debetur namque, THEVARTE,
 Quod seruat populum Principis atque caput.
 Ille vnus populum simili quondam arte, ferinâ
 Tactum, curauit restituitque, lue.
 Ille vnus Regem summo è discrimine vitæ,
 Eque metu Francos arte suâ eripuit.
 Prodeat ergo sub hoc BALLONIVS, alterius cùm
 Viuere non possit mortuus auspiciis.

IACOBVS CORNVTY,
 Doctor Medicus Parisiensis.

Epidemiorum Elogium.

CONSILIIIS Medicæ robur concluderat artis,
 Humano forsan dogmate BALLONIVS.
 HOC, morbis quod OEION inest, molimine summo,
 Nec sine diuino lumine, pandit OPVS.

GVILLELMVS SAVVAGEON,
 Collegio Medic. Lugdun. Aggregatus.



In Commendationem Epidemiorum
M. G. DE BAILLOV,
 CLARISSIMI MEDICI PARIISIENSIS,
 olim Decani & Antiquioris Scholæ Magistri.

EPIGRAMMA.


PLurima BALLONIVS præclara volumina scripsit,
 Bellum cum morbis mente, manûque gerens.
 In quibus excellunt scriptis Epidemica tantum,
 Chironi quantum prestitit Hippocrates.
 Sive docent Quintæ superare pericula tussis,
 Sanguinis aut torrens sistere profluvium.
 Seu sparsas latè in populos restinguere febres,
 Vulgatisque volunt pauca licere malis.
 Hæc abstrusa priùs nihil utilitatis habebant,
 Auctoris mortem penè secuta sui.
 Quæ nunc vt THEVARTE queant Epidemica dici,
 Hac, quam maturas, editione facis.

H. VALESIVS.

BENEVOLO LECTORI
 IACOBVS THEVART Medicus Parisiensis

ERuta de cæcis Epidemica scripta tenebris,
 Quæ iuris fiunt, editione, tui;
 Omnibus ista licet non sint placitura, quid obstat,
 Iuppiter haud cunctis ipse placere potest.
 Atamen effugient stolidæ conuitia lingua,
 Cùm populi morbis adferat Auctor opem.
 Nam vitium lingua populares inter habetur
 Morbos; quos docet hic arte fugare liber.

I ij





G V L I E L M I
B A L L O N I I

M E D I C I P A R I S I E N S I S
C E L E B E R R I M I .



Πιθήματα

Morbi populares.

Εφημερίδες

Diaria.

Πάρεργα,

§ id est §

Appendices.

Τετηρημένα

Observata.

Ερωτήματα αξιόλογα

Questiones memorabiles.

Σύμμιξα

Miscellanea.



QUEMADMODUM rebus omnibus, quæ materiâ constant nascendi conditio data est, ita & intereundi necessitatis lege aut naturâ potiùs conceditur. Quod cum aut primordiis ipsis, quæ æternitatis nescia vicissitudines varias sortiuntur acceptum ferant, aut potius diuini cœli cuiusdam causæ, quæ ex se omnis concretionis coagmentationisque expers, & suo ipsa nutu se se mouens ac sustentans, illud in confesso esse debet corporum cœlestium vim aliquam in hæc inferiora desfluere, ac conferri. *Cap. 2. lib. 2. Met.*

A

mundum hunc inferiorem à superiore regi, ac administrari. Et grauilissimus Author ac omnium philosophorum princeps Plato occulto adumbrat artificio principatum istum manifestum corporum cœlestium in hæc inferiora, dum fingit quosdam esse Deos maiores qui minoribus diis curam administrationemque rerum harum sublunarium & caducarum demandent. Quòd ipsum primum mouens Cœlum aut Natura, imò ipsius naturæ author & Architectus ab omni corporum mixtione secretus nullum commercium cum his inferioribus habere videatur: Itaque agendi ac mutuò patiendi ratio omnis à quodam corporum Cœlestium influxu est, abundeque constat quantum hæc infima corpora vim superiorum experiantur, Quâcumque ratione id fiat: Maximè verò quod qualitates quædam sunt, ac interiacent quibus is fit consensus ac conglutinatio vt sese inuicem excipiant, aliâque in alia conuertantur: Quæ causa est cur corpora nostra aëris qualitatem faciliè experiantur siue eius alienam mutationem. Nec abs re dictum est vnâ cum temporibus mutari corporum conditionem, itaut qualis est aër tales & spiritus & humores existant. Quinetiam cum statuuntur ab Hippocrate morborum principia, plenitudo, vis seu violentum, & cœlum, nomine cœli omnis rerum Cœlestium vis audienda, imò contrâ multorum opinionem Galenus non aliò refert τὸ θεῖον, quàm ad varias aëris affectiones & alterationes, quas pro corporum cœlestium accessu, discessuque, positione, aut interiectu suscipit, adeo magna est vis à superis causis in hæc inferiora influens, magnâque ad eò aëris nos circumfluentis, spirituum impetum facere natorum & humorum, imò & partium solidarum consensus & conspiratio. Quod autem partes ipsas solidas attingat præterquam quòd sensus fidem facit, dictum etiam est ab antiquo præceptore cerebro aërem ipsum vim, vigorem, ac prudentiam elargiri, quòd euolutum plus habet virium & momenti, quàm implicatum. Quoniam autem morem & ingenium morborum, vnde aut ἐπιθεῖς, aut χρονοθεῖς ἢ ἐπιταῖς, passim ab Hippocrate dicuntur ex obseruatione tum antecessorum tum præsentium temporum faciliè repetimus, & ad normam istam dignoscendi, præsentendi, imò & medendi momenta

In Timæo.

*Hipp. lib. de
aere, loc.
& aquis.*


*Lib. de mor-
bo sacro.*

EPHEMERIDVM, LIB. I.

3

captamus ; ideò Medicus inglorius suâque functione parum dignus videatur, qui horum rationem animo complexus non fuerit ; si ideò morborum $\chi\epsilon\chi\omicron\theta\epsilon\iota\alpha$ æstimatur quòd η superent nostra remedia tametsi ex arte ac legitime quaesita ac administrata sint , nostrarum est partium ex temporum obseruatione diligenter ac pensulatim attendere an ista $\chi\epsilon\chi\omicron\theta\epsilon\iota\alpha$ corpori an cœlo tribuenda sit , vt si præ vi, ac ingenio prauo morbi ægro contingat obire, omnes animaduertant non industriam defuisse, sed aduersum euentum mori morbi tribuendum esse : Itaque antiqui in hac parte laborarunt maximè , & quoad eius fieri potuit eam præclarè coluerunt.

Hoc veluti præludio & leuioræ armaturæ excursionè via munienda est ad popularium morborum explicationem quam nostro Marte comparauimus, vt nobis in memoriæ subsidium sufficeret, in quo aliàs nudè temporum vices ac vires explicamus, aliàs rem exemplis illustramus, aliàs nostro Marte aliquid agimus, & velut amentatis hastis digitum inserimus, & veterum scriptorum monumentis, exemplisque tanquam probatis ac subsidiariis vtimur, vt indè ad Dei immortalis gloriam & Reipub. salutem id totum referatur.



A II

CONSTITVTIO AUTVMNALIS,

Anni Domini 1570.



I.
Siccitas licet
imbribus
salubrior,
morbis ta-
men nō va-
gat.

ANNVS Septuagesimus suprâ fe-
quimillesimum nebulosus ac plu-
uius fuit *πολύς πλάδδς*, excessit to-
to decursu in calido humidóque
cœlo ac suffocante. Quæ vt lon-
gior fuit temporis constitutio ita
aliâ fuit natura, conditióque mor-
borum, qui in hanc tempestatem
inciderunt quàm cùm natiuam suam
temperiem conseruat. Quamquam
siccitas ipsa morbis vacua non est vt Hippocrates demon-
strauit. Mediam in Æstatem febrium putridarum ilias in-
cidit, magnam partem duplices tertianæ, continuæ, putres:
Vesperî exacerbationes, nox molestiæ plena, dolor capi-
tis implacabilis omnes adoriebatur, lumborum dolor, ia-
ctatio, inquietudo: serosorum humorum ac pituitosorum
maximè prouentus per æstum incaluerant, & nothas tertia-
nas intulerant. Eos inuadebant potissimum, qui meloni-
bus, & similibus immodicè vterentur, & quibus præterea
familiaris vomitus, & diarrhœa adesset. Paucis peperce-
runt qui similiter vescerentur, quibus solennia remedia
maturè adhibita non ita diu tentati sunt; Qui secùs fecerant
diu laborarunt: Multis ad hydropem versus est morbus,
præsertim si cathartica abhorruissent, & aquam egregiè
potauissent.

Autumno ineunte postliminio redeunt morbi, qui pau-
lò antè inducias fecerant reuiuiscunt, ac repullulant, imò
periculosiores. Nam Galenus videtur asserere Vere &
Æstate morbos oriri potius ob plenitudinem quandam
quàm ob *κακοήθειαν*. Sed Autumni tempore magis viget

qualitas quam quantitas & malo ingenio præditus humor. *Autumno gressantur*
 Multis sudores primis diebus parùm leuantes nec morbum *sapè malè*
 vllatenùs soluentes, qui decubuere de solo capite conquerebantur, *morati morbi*
 cæteris partibus illèsis. Virgines visæ sunt febre, *ἀγρίαστος*
 quam *ῥεῖλαιστος* vocat Galenus præhendi, quas inappetentia potus in summo æstu præmeret. Quandam similis *ἡ δὲ σκελετοῦ*
 febris infestabat, & meridie exacerbationes, septimâ vespertinâ frigidî sudores, circa sextum diem *χέρος* per protopathiam genitus, nam & remissionis tempore perseverabat carus, septimo sudor erupit calidus satis, aluus astricta, nec nisi *ἄδρυκτω* deiciens, si fluxisset spes aliqua superfuisset: Die decimo quarto conuulsa interiit: Omnes corporis partes conuellebantur, incuriâ matris aluus nihil de humore morbifico reddidit, de vermibus erat suspicio: Aperto cadauere cerebrum erat humidius, quàm è naturâ foret: Illa quamdiû vixit doloribus capitis erat obnoxia, perpetuò incumbibat operi, quod ad capitis imbecillitatem faciebat, austrina constitutio facilè caput repleuerat.

An in huiusmodi acerbis capitis doloribus & conuulsionibus gallos exenteratos applicabis capiti? cùm humores adhuc mouentur ac sursùm rapiuntur vt curetur grauitas capitis plerisq; adhibiti sunt ad somnum conciliandum, nocuit plurimû, tamen sub Phrenitidis finem valent ad digerendum. *Sub finem phrenitidis Galli exenterati capiti adhibiti profunt.*

An proprium febrium tertianarum vt nocte exacerbentur? & tamen duplices tertianæ erant, quarum exacerbatio in noctem incideret. Imò dubitari potest an nocturnæ febres deteriores diutiùsque vexent, quàm diurnæ, an contrâ. Hippocrates nocturnas minùs malas esse diurnis docet in Epid. Tamen experientia contrâ niti videtur. *Nocturna febres diurnis deteriores.*

Quibus eâ tempestate detractus sanguis is planè vitiosus ne si quidem crebriùs detraheretur. Febres erant populares, sed nil cacoëthes. Multis dolores lateris; si sanguis statim detraheretur laudabilis erat, non ita longè post quiescebant, in febribus erat planè putris & magno commodo detrahebatur.

An Neotericorum standum opinione, qui in febribus, quas humor putrescens accendit à venæ sectione temperant, quòd in mesenterio humores concludantur? Contra stat experientia nam statim à sectione morborum leuatio: *Febrium putridarum ἡμερωτικῶν vena [sectio.]*

EPIDEMIORVM

Ratione empyreumatis & caloris qui post paroxysmos in imo concipitur, & cuius impressio noui paroxysmi occasio est, phlebotomia ex vsu est.

2.

*Tumesci
puerorum
ventri con-
fert vena
sectio.*

In tumore ventris puerorum cum praesertim sitis, symptoma ferè intolerabile adest, ea maximè methodus sequenda est vt latentis incendij ratio habeatur. Caloris enim alieni dominatu tenentur interna, putredo est *αἰάδοις* impedita, orificiorum venarum mesaraicarum lactiumque ipsorum phlogosis: Itaque debet sanguis mitti nec dehortari debet ætatula. Deinde purgandum corpus senna & rheo frequenter vel syrupo regis saporis cum senna. Nec fortè omitti debet agaricum, & qui parcunt his medicamentis parcunt & vitæ.

*Austrina
constitutio
destillatio-
num parens.*

Pluuioso cælo plerisque efferi in pulmones catarrhi cum vetus est in pulmone infirmitas in vicinas partes facile vitium irrepit: nullis ferè pulmonicis (quod pluribus Medicis placuit) laudabilis sanguis detrahitur. Sed hoc Diorismo vtendum; Si intemperiem calidam pulmo concepit illud verum non est, si putredo magna sit, contrà.

*Lienosis
νεφροειδία
confert.*

Quibus lien laborat iis vrinæ cineritiam hypostasim habere solent; at hypostasis non est, tamen iuuat tales excerni vrinas, alioqui res deteriore loco sunt, & id fit ob congestionem & exonerationem partium vicinarum. Quibus color subuiridis est eos talis vrinæ excretio initio iuuat, testatur id Galenus, & scribit: Iecore, aut liene malè affectis deiectiones serosæ & tales vrinæ excernuntur, idque commodè: Quod non ab affectâ parte defluere sine ratiocinatione rudis tantum experientia significat, alioqui foret magnæ cruditatis argumentum, cacochymia, & humoris superflui.

*Sub finem
s. de loc. aff.*

*Alui fluor
aliàs hydro-
pem sanat
aliàs non.*

Multis dysenteria implacabiles, hydropes. Qui detinebatur diurnâ tertianâ erraticâ largiore vtens potu' sitibundus permanebat, *νεφροειδία* nil iuuat; imò videbatur magis intumescere abdomen. An hydropem alui fluor tollit? Si Diarrhœa aut hydrops à *συναρροισμῶ* verum; aliàs apud Hippocratem fluor alui necat, aliàs iuuat.

Nonnullis praesertim vino deditis Apoplexia. Quidam in Apoplexiam cadit, omnibus modis agitatur, puluis hieræ iniicitur in nares. An ita agendum? Obserua-

runt Apoplecticum iniecto simili puluere Epilepticum ex-
titisse. Quæ calidiora in os & nares ad sternutamentum
excitandum iniiciuntur, quia' cruda omninò materia est,
amouenda sunt. Cui Coryza derepentè incidit potius na-
res omninò adimas, quàm elicias quippiam. E pulmo-
nibus & partibus inferis rapitur quid frequenti vsu rerum
in os iniectarum. Præterea an agitatio corporis iuuat? Qui
Plethorici sunt & verno tempore exercentur Apoplectici
fiunt: An plenitudo hoc facit?

*Apoplectici
sternutatoria
nocent cruda
existente
materia
morbifica.*

*Comm. in 2.
Aph.*

Anno isto parotides etiam fluente aluo non cessarunt,
vnde copia materiæ significatur, quæ & ad alendas paro-
tidas sufficiebat, & ad alui profusionem: Sed hominem
aluo repressâ necauisse quendam Empiricum obseruauimus.

*Fluor alui
parotidibus
superueniens
salutaris.*

Grauidæ mulieri sanguinis ex vtero fluor erat continuus,
quærebatur an accelerandus esset partus, quòd in eo salu-
tis spes posita esse videretur, & ad id medicamentum ab-
ortionem facturum daretur: Consentaneum erat consilium
hoc sequi, contra in ancipiti omnia erant; hoc tutum ne-
gabant alij; alij verò danda suadebant oxypora, ita auge-
retur sanguinis ferocientis impetus, nam vsu $\tau\psi\sigma\ \delta\epsilon\upsilon\pi\acute{o}\rho\omega\upsilon$,
auctum iri sanguinis fluorem asseuerabant, nulla ratione
ægram adiuuando: Præstat quiescere cum certiores finis
quod partus actio sit foetæ & foetus, si effoetæ vires gra-
uidæ matris quid confert medicamentum? hoc controuer-
sum maximè est.

Pleuritides prædicto Autumno grassatæ sunt, potius do-
lores erant laterum ob $\alpha\lambda\epsilon\chi\upsilon\sigma\iota\upsilon$ (id est diffusionem) feri
à capite. Non erat magna $\delta\upsilon\omega\sigma\iota\omega\iota\alpha$, non tam in tumore
& phlegmone consistebant, quàm in affusione quâdam
Erysipelatode: Iuuabat venæ sectio.

*Pleuritidi
orta ob diffu-
sionem feri
à capite
confert phle-
botomia.*

Nobili viro dolor erat perpetuus lateris circum mam-
mam sinistram, nullis cessit remediis: perseverat quatuor
menses, inopinato rumpitur abscessus in pleurâ conceptus,
liuens, vermiculatum sputum educitur, euasit: tamen fe-
bricula manet & vestigium aliquod doloris remanet, fortè
tandem tabidus interibit: Metus ne pulmo huic lateri ad-
hæreat: Αναχρηστικῆς perpetuò procuranda.

Vidimus dolores lateris perpetuos; sed qui de nocte

8 EPIDEMIORVM

Qui consue-
tis remediis
non cedunt
morbi
κακοήθεις.

vrgerent, nullis cessere remediis. Cum remedij inopes
essimus de lue Venerea suspicio fuit: Tandem diæta &
litu curatio procurata est. Quoties consuetis remediis mor-
bi non profligantur ad κακοήθειαν Galeni Consilio est re-
currendum.

Alios & dolores laterum obseruauimus à flatu: flatum
autem excitabat διάθεσις & αποχονδειακή, & præsertim cum
chylī fit ἀνάδοσις, aut quibus solennis est frigida haustus
dum cubitum disceditur, aut crudorum fructuum vsus.

Lacconue-
nientiss. par-
tium soli-
darum ali-
mentum.

De ablaetandis pueris quæsitum est, dictum quoque
est operæ esse pretium vt lactère sinamus pueros annos
duos integros cum dimidio; Quod enim alimentum par-
tibus solidis fouendis conuenientius?

An illud verum mollitiem ginginarum causam esse cur
non ita citò nascantur dentes? Puellarum exemplo docent
quibus mollities dentes tardare solet.

In malignis
temporum
constitutio-
nibus & fe-
bribus paræ
detrahendus
sanguis.

In malignis temporum constitutionibus præsertim cum
febres ἀσώθεις vexant & ægri vruntur sæpissimè detrahi-
tur laudabilis sanguis magno ægrorum & virium detrimen-
to, serum nullum aut paucum, floridus sanguis. Serum
calor absunit, truces oculi, iactationes, καρδιωγμοί. An
venæ sectio tunc utilis? Nequaquam aut parcè detrahatur;
imò alexipharmaca & cardiaca dentur, alius blandè & sæ-
pè eluenda, nam deiectionibus instar pultis crocæ mor-
bus soluetur: hoc Hippocr. & Gal. consilium est: Vo-
mitiones sistere, & sanguinem plenius detrahere nocet.

3.

Vomitiones
in febribus
tertianis
κακοήθεις
sunt exper-
tes.

In plerisque tertianis sunt Cardiogmi vomitiones sub-
uirides: An ideo κακοήθεια est: & scobs vnicornis præ-
sens Alexitherium? Id faciunt Medici qui id vulgò per-
suadent, vt aliquid agere videantur, vix enim febris in-
termittens κακοήθειαν habet, cum & κακοήθεια, & partium
κακοπαγία secum ducant febres assiduas. Tales Cardiogmi,
ἀλυγί, ἀλυσοί, iactationes oriuntur à resfluente bile & os
ventriculi fericute, talibus euacuationibus plurimum vires
deiectæ videntur (sed id fit ob morsum bilis) & purga-
tione restaurantur.

Vna Nouer-
ca dua ma-
tras de febre

Quid hoc vult apud Aulum Gellium, Vna Nouerca dua
Matres, de quartana febre audiendum in quâ duo quietis
dies blandæ matri comparantur, paroxysmi dies diræ No-
uerca:

uerce; Nunquid paroxyfmi dies melior, quòd vis naturæ significetur? Ideò Arabes eo etiam die catharticum præscribebant, imò sunt qui febrem quartanam, aut aliam intermittentem inoffensum suum cursum tenentem volunt intercipi amuletis, sed satius est cum causâ ægrotare, quàm sine causa iuuari.

Quendam diuturnæ quartanæ tædebat: nil opis à Medicis experiebatur, qui suorum Theorematum fiduciâ mitius cum quartana agerent: Præstigio medicinali humores quieuerunt, naturæ cursu impedito & conatibus frustrancis nihil promouebatur quod paroxyfmos reuocaret, visus alleuari, & tum dicitur artem Medicam petiuit: sed hanc contumeliam non impunè tulit, sequenti die non ita conflictatur, non repetit febris, leuior obrectatoris pœna, quæque videbatur hisce præstigiis repressa, furibunda tandem effecta est funestaque euasit. Hoc obseruandum ut idiotarum & quorundam primatum animus maleficiis plus æquo tribuens resipiscat & componatur; & interim notandum non parùm referre, si quoquo modo, & sine causa manifesta morbo absolui videatur æger.

Febre Quartanâ quis laborabat deinde in febrem erraticam incidit, quærebat cur sinistro pede calorem perpetuò sentiret non item in alio: Responsum quod ab Hippocrate scribitur, quibus lien decliuus iis pedes calidiores, nam *ἀναρροπία* significatur & metus abscessus in eas partes, sic aliis facies rubore suffunditur, ut hepaticis, aliis pedes incalescunt & tibiæ varicosæ fiunt ut lienosis, nam hepar quid habet *ἀναρροπία*, lien quid *καταρροπία*.

*Varia sunt
sanguinis
ἵστα.*

Cerebro affecto aliæ actiones læduntur, aliæ incolumes manent; aliud enim est cerebrum lædi penes actiones quæ sunt animales, & quæ temperamentum cerebri respiciunt; aliud in actionibus lædi, quæ sunt mentis & eius partis quæ consilij est: vnâ ratione cerebrum & facultates eius nobiscum sunt communes cum cæteris animantibus, alterâ hominibus diuiniore donatis particulâ propriâ.

*Cerebri
actiones alia
hominibus
sunt com-
munes cum
belluis, alia
propria.*

Polemarcho Briffiaco motus erat, impotētia, deliria, nullus potandi appetitus in summo æstu, magna rarâque spiratio, obliuio, quæ omnia læsionē cerebri significabant, tamen de rebus diuinis altius philosophabatur, de domesticis disputa-

B

10
 bat, in cæteris delirus omninò : Spiritus tardus imbecilli-
 tatis cerebri index, tarus facultatis eius infirmitatis quâ
 intelligere debuerat se magnâ egere respiratione vt vsui sa-
 tis fiat. Sic vis intelligendi nobis cum brutis communis in
 cerebri temperamento sita elanguit, vis hominis propria
 erat vegeta & erecta; itaque aliàs mentem agrotare putat
 Hippocr. aliàs mentem naturamque occultam neque mu-
 tationi vlli obnoxiam, idque diuiniore quodam afflatus nu-
 mine censuit quasi vis illa nec diætâ nec aëre alterari pos-
 sit. In Consule Regio idem obseruauit, qui cum summè
 deliraret nullâ ratione adducebatur nisi cum de Deo disse-
 rentes audiret, cætera erat phreniticus imò quod vocat
 Hippocrates *νεανικὸς ἐξιστάμενος.*

*Iulepi &
 Apoz.
 hydropicis
 non confe-
 runt.*

Ad Hydropicos nunquid vt vulgò fit Iulepi & apoze-
 mata conferunt? Annon suâ vi diureticâ id quod tenuius est
 per renes deducunt, crassiorẽ partem relinquunt? At hoc
 morbum auget: nunquid radicum vis coctione exolefcit,
 & plus humiditate aqueâ decoctionis officitur quàm vi qua-
 licumque hydragogâ inclusâ proficit? vt conualefcas omninò
 potu temperandum, & liquor apozematum conferet?

*Vinum albũ
 lienosis con-
 fert.*

Sunt qui negant conferre vinum album lienosis & me-
 lancholicis, quod id subigat instar fermenti succum melan-
 cholicum illic restagnantem. An illud verum? Contrâ
 substantiæ tenuitate vrinas & sudores mouet.

*Catarrhosis
 nocet inedia.*

Quò plus nutritur impurum corpus, cò læditur magis,
 cur tamen biliosis imò catarrhosis (in quibus & impuritas
 est & excessus humoris) inediæ malum potius augent, nam
 inanis ventriculus & exhaustus satiat se impuris humoribus,
 bilis feruentior redditur: Contrâ acer, acutusque humor
 benignitate alimenti mitigatur. Sic in pestilenti statu ac-
 cidisse narrat Galenus omnes ferè peste perculsos minimè
 cibos fastidientes euasisse, *σποδῆς* autem omnes fato fun-
 ctos fuisse.

4.

Nobili cuidam *ισχυελα* fuit. Suppresso vrinæ profluuio
 lethargus, de funere cogitatur, largissimè profluit vrina,
 breui tamen moritur. Vnde hoc? quia suppressio omni-
 excrementi serosi potissimum partes nobiles inquinat: Et
 tamen si eius cursus redierit non perinde meliore loco sunt
res ægrotantium.

Grauidas mulieres tormina, dolores, nephriticique vexant: An clysmata fetus & litus conueniunt? Cauendum ne dum id fit effœminatio partium vterinarum consequatur vnde abortus fiat. Enemata grauidis interdum nocent.

Phthysicorum alij summè extenuantur, quibus scilicet partium solidarum alimentum corrumpitur: aliis tument aut pedes, aut facies, aliquando totus habitus: Ab eadem corruptione id fit, sed diuersâ ratione. Nobili viro tabido & phthysicâ stirpe nato paucis antequàm moreretur diebus totus ferè habitus intumuit ac si hypofarcidio laboraret. Sed quod mirum fuit tumor erat fugax, vnde hoc? loco sanguinis hepar tabescens halitus malignos generabat: Hippocrates hoc suis temporibus animaduertit *ἰσχυρὸν μὲν ἐκ τῆς παραπεριτέρας αἰὸν ἢ ἡ νέσος ἢ φθισικὴ καλεομένη.*

Dum regalia celebrantur & vino Hippocratico aromatiti indulgetur, multis tonsillarum inflammationes contingunt. Cuidam iuueni, qui illud vinum biberat de nocte augina oborta, cum strangularetur iugulum gladio aperuit, saniei plurimum emanat, conualuit: hîc fortuna plurimum potest: An urgente necessitate idem fieri potest? Fortuita iuguli apertio augina profuit.

Sub dio mulier nunquam articulares dolores experta dum in multam noctem sermonem produceret influxu Lunæ caput grauissimè doluit, ab eo tempore omnes arthritidis species experitur, nullis malum cessit remediis. 5. Arthritis ob influxum Luna.

An tutus hydrargyri vsus? Quibusdam non placet recentioribus, nam non oppugnat venenum, imò cum sit frigidum intrò pellit venenum & difflatu prohibet: tamen vsu hydrargyri proliciuntur sudores, tenuitas huius id facit attenuatâ materiâ sibi quâquaversum exitum quærente. Et quòd ita superiora petat hydrargyros cor fugiens, (nec enim hoc lædit) est quia inimica igni, imò hunc maximè fugit. Cor autem ferè igneum est. Cuidam in arte Chymicâ versato placet hydrargyron frigidam esse, si partes extimas spectes, in imo enim calorem esse summum & tenuitatem partium quo utroque tantam habet *ἐνέργειαν*. Quòd autem semini corrupto bellum indicat hydrargyros tantam alexipharmacum hanc reddunt rationem, id fieri quidem, quòd magna fit analogia inter semen & hydrar- 6. Hydrargyr. cor igneum fugit nec ladic. Semen metall. hydrar. feminique corrupto bellum indicat.

B ij

gyron (hæc enim hydrargyrus semen quoddam est omnium metallorum) & quatenus semen eius author corruptum quid est, eatenus quâdam ἀρτιπάρηλας argentum viuum illud persequitur.

ANNOTATIONES.

1. **H**ippocr. lib. de diebus decretoriis iubens obseruare temporum conditiones, ait ; Videndum num tempus cum morbo pugnet : Nam hominis Natura, sæpè vniuersi potestatem non superat.

2. Cum pueri & adultiores Cachectici vocantur, quod vulgò dicitur estre en chartre, id est, ἐν τῇ καχεξίῃ, vel τῷ καχεκτικῷ, supple σχήματι, vel τῇ ἕξει καχεκτικῇ, vel ἡ ἀτροφία pati, ferè pro conclamatis relinquuntur ; & quod ad summum maciei ventum sit, ne medicamentulo quidem locum relictum putant, sed soli ἀεθνωτικῷ : At longè secùs res habet. Nec fraudari laude debita debet Fernelius qui meo quidem iudicio, de atrophia aliquid literis commemorabile consignauit. Bilis flauæ & atræ circa iecur perfusio atrophix causa sæpiùs est. Vix enim vera ἀτροφία obseruatur, in qua viscera præter intemperiem non multorum biliosorum humorum colluie scaterent, & earum copia distenderentur : & cum hæc causa naturalem spiritum & calorem proterat, vix laudabilis sanguis gigni potest, ac in Cachexia quidem medicamento locum relictum putant, quod vitiosa sit nutritio, in atrophia autem ad solam ἀνάληψιν confugiunt : At si circum viscera colluies est istius bilis quæ fouet intemperiem frustra alimentis eam tollere nitaris.

In eum finem, laudari potest decoctum hordei omnium intybaceorum, radicis anchusæ, florum nenupharis, violarum, porzulae seminum frigidorum maiorum & minorum, in quo dissoluere poteris cassiam, & infusum Rhei ad robur partis αἵμα-τοποιητικῆς ; colaturâ clarificatâ quotidie vtatur eger. Item Iulepo rosato qui licet siccandi vim quandam habeat, refrigerando tamen utilis esse potest. Sic moueri non oportet macie ista & quasi tabe quadam, quæ bilem concocto iecoris clausam sensim eliciamus. Quidam pueris cachecticis, in quibus & sitis incre-

dibilis & ἀπορία, usum aquarum naturalium potu sumptarum consulunt, quae opinio suis destituta non est patrociniis.

Ceterum in eo statu constituti pueri laborant saepe fluxu alui chyloso, ut & ij quibus vena mesaraica sunt obstructa, vel hepar imbecillum. Non fit enim suctio, nec exugitur, eliciturque pars purior chyli deuchi solita ad hepar hamatoseos officinam. Et dum Medici albicantes & chylosas deiectiones observant, intrepide purgant & cunctanter, cum tamen hic audendum sit, & diligenter purgandum. Donec enim obstructio sublata fuerit, non est spes agrum conualiturum. Procuranda enim omni studio est ἀνάσσις, ipsius chyli non subeuntis anfractus viarum mesaraicarum, & eas tantum salutantis.

Ceterum in Caeliaca excretionem duo saepe adsunt notanda, unum, febris adest cum pulsus frequentia; alterum, deliquia animi elato ad os vicinum ventriculi tetra vapore. Quibus ergo remediis Chylosa Caeliacaque excretio curari debet? febris quae adest ob contumacem sit obstructionem venarum mesaraicarum, & ea symptomatica est, si Galeno credi debet, ideò oppugnanda est iis quae contumaciam obstructionis tollant. In eum finem valent decocta radicum enulae campanae, symphiti, viriusque erythroani, gentianae, imò etiam aristolochiae per horas 6. in aceto forti maceratarum, herbarum prassij albi, chamaed. chamap. lichenis capill. cicerum rubrorum, pentaphylli & intybi viriusque addito semine seseleos, praonia, citrij, genista, incoctis folijs senna, agarico, & rheo addito. Nec te moneas quod alius fluidior sit; Chylus enim non suctus, nec elicitur, nec reiectatur ob vias interceptas, quarum libertas causam morbi tollet, ut corpori supersit libertas sui: reficiendi attracto benigno alimento.

3. Galen. Commen. in particul. 9. section. 1. lib. 1. Epid. ait in febribus continuis humorem contineri in sinus hepatis & circum os ventriculi; nota, quod dicit circum os ventriculi, unde si vomitus adest, si defectiones animi, non propterea de maligno verebere, hoc enim de essentia morbi est; & quod notandum magis Hippocrat. libr. de Diebus indic. scribit in morborum principis hepar intumescere & expandi, elcuarique ad diaphragma, quod rationem reddit

omnium qua horridè sunt initio morborum & paroxysmorum, nam tumultuatur humor, facultas partis insurgit aduersus id quod molestat, pars quoque ipsa enititur, ut in sternutamento cerebrum, & sic potius valet vomitorium in eiusmodi symptomatis quam cardiacum.

4. Aphorismus is est in Coacis. Quibus partes infernae affliguntur pruritibus antea fortibus obortis, his arenae vrina fit & supprimitur. Qui ex his perniciosè habent his mens obtorpescit. Hippocr. 4. Epid. in historia de puero. Talem affectum Ἰσχυρὸν ἐπίσπαστον vocat talem affectum.

5. Quari solet in ineunte paroxysmo Arthritico tutum sit dare medicamentum, & quale, An sanguis mittendus, & unde, an etiam manu arthritica, dolore ferociente tutò mittitur sanguis, an verò sinendum elabi tempus paroxysmi; deinde sub finem purgandum. Questio hac multos torquet, & magno aegrotantium & mærore & damno indefinita adhuc remansit. Boni medendi Magistri præferunt phlebotomiam ut qua euacuato sanguine putri (qualis ferè semper in arthriticis trahi solet) impetum humorum inhibeat, & dolorem demulceat inflammationem minuendo; & hæc opinio plausibilior. Immo, aiunt, si ineunte paroxysmo medicamentum datur, humor concitator maiores molestias exhibebit, motus quidem & non promotus, & vis medicamenti ad partes longinquas prouecta infirma tamen, in habitu corporis humorem excitat, ferocioremque reddit: Est enim quasi in habitu morbus ut fit in lassitudinum generibus. Fernelius tamen malè ratus à capite humorem arthritidis authorem manare totum studium dirigit ad Capitis euacuationem: Initio paroxysmi arthritici purgat vehementer ad educendum putre serum dolorum authorem non expectata coctione vlla, ne verbum quidem de vena sectione. At in paroxysmo arthritico fit ut colliquatio, fusio in genere musculofo, exoneratio à vasis feri & sanguinis putris, quid tam frenat impetum humorum quàm phlebotomia? Item articuli ferè sunt imbecilli, at prima cautio esse debet ut non fiat exoneratio partium principum ut ditiorum in imbecilliores ut pauperiores contra quàm fit in Rebus publicis. Purgatio quidem valet si corpus sit cacochymum, si hepar sanguinem

Plura vide-
re licebit in
libro BAL-
LONII de
Arthritide
contra FER-
NELIUM
scripto, in
quo veterum
auctoritas
defenditur.

feruidiorem generas, & multa bile scates, ut purior minusque maleficus sit sanguis. De ea quaestione velim ratum & constitutum sit ne rebus his ambiguus magno egrotantium malo & clade dubitandi & disputandi Medici tam malè de agris mereantur.

Observatione autem dignum est Ferneliū existimare sanguinis albedinem esse testem redundantis pituita. Nos initium putredinis putamus per moram enim sanguis corrumpitur & exalbescit, praesertim cum sanguis crassior & copiosior, & quem natura respuit, reses in venis manet. Alij non omnino contra naturam esse dicunt albedinem hanc sanguinis. Fieri que aiunt vi & robore partium spermaticarum sanguinem dealbare conantium.

6. Lues Venerea alexitherium censetur hydrargyrosis. Benigniora tamen remedia primum sunt inuocanda. Lues struma & elephas aliquid habent cognatum & Κυρῆσις, Tres has hydras unus Alexicacos Hercules hydrargyrosis vincit & opprimit.



CONSTITVTIO HYEMALIS,

Anni Domini 1570.



ODEM anno Hyeme ineunte humorum congeries, quæ radices altas aliquas fecerat, atque latuerat se se prodit & deserens intimas corporis partes foras erupit: hinc alui fluores pigro euntis gressu, deiectiones apparebant subrubræ, foetentes, hepaticæ, melsaricæ maximè: dysentericæ multis contigerunt, etiam blandis è lacte iniectis clysmatis profundebatur aluus, adeò copiosa suberat materia: Multi periire, vires languebant ob fluores eiusmodi: Sectio venæ multis profuit, fortè conandum erat vt quam citissimè sifterentur, nam fluores erant symptomati-
 cæ: At dices populares, omnis autem suppressio excrementi in morbis populariter vagantibus mala est, tamen multis commodè statim initio suppressimus, quibus non suppressi sunt diù perseuerarunt, imò semestres fuerunt.

Nobili viro suppressa rheii vsu aluus tumorem phlegmonodem totius abdominis attulit, iterata phlebotomiâ tumentis aluo occursum est, sanguis erat *Ἰκτερίδος*.

An in prædictis fluoribus dysentericis assiduus clysmatum anodynorum vsus tutus? Nequaquam: & in hoc valdè Medici decipiuntur cum intestina abluendi lacte finem non faciunt, dum enim intestina sic proluuntur, & diluuntur effœminatio & mollitudo adfertur ipsis intestinis, vnde fit *Ἀσθενία*, quàm Galenus *ῥευματισμὸν* vocat.

Equitis vxori dolores atroces circum dorsum ventriculorum, scoptula operta; intercipiēbatur aliquando respiratio: à maligno flatu id erat, febris successione alleuatum iri putabamus, quòd dixerit Hippocrates quibus ad Hypochon-

I.
 Omnis suppressio excrementi in morbis populariter mala.

Frequens enematum vsus effœminationem adfert ulceratis intestinis.

chondrium dolor absque inflammatione febris succedens morbum soluit: Item in aphorismis. Qui ex dorso ad cubitum dolores descendunt hos venæ sectio soluit: fluxit sanguis spirituosus abundè, repurgata conualuit.

Cum longa alui suppressio, an idè ad acerrima clysmata recurrendum? Nequaquam, imò blandiora sæpius repetita magis conferunt, vehementiora sæpè voluulos intulerunt, efficiunt enim vt puncta acrimoniâ medicamenti intestina motum *περαστικόν* suum infernè sursum immutent.

2.

In longa alui suppressione acerrima enemata ileū accersunt.

In magnis vomitionibus clysterum vsus frequens & boli ex rheo valent, nam potiones facillè excluduntur. Cum autem vomitiones frequentes sunt nec vllâ ferè arte compescuntur, & aluus adstricta est valdè à voluulo metuendum.

3.

In assiduis vomitionibus cum adstrictione ab ileo metuendum.

Ioannis Platarij vidua hydrope pulmonis laborabat quo interiit: Difficultatem spirandi per annos triginta habuerat de oppressione stomachi querebatur. Sed id tantum per consensum fiebat, omnes membranæ putruerant, cor aquâ natabat nec facillè mouebatur. E capacitare thoracis aquæ libræ sex putrentis educuntur: In latus dextrum facillè declinabat, in sinistrum non poterat citrà syncopem: Aruerant pulmones, pulsus magnus, elatus, tardus, intercius, & intercalarem habens in pulsatione vnâ atque alterâ intermissionem: sæuis cum doloribus & magnâ oppressione interiit.

Hydropis pulmonis signa.

In fractis iam morbo longo sæpè hæmorrhagiæ symptomaticæ paruêrunt: putant hæc vnâ exclusione alleuari ægros: Contrâ fit, maximè verò istæ hæmorrhagiæ contingunt pulmonicis & hepaticis, quòd maximè est notandum de pulmonicis, & has hæmorrhagias bonum est fistere.

Hæmorrhagia symptomatica hepaticæ & pulmonicorum. fistenda debili existente agro.

Nobilis mulier multis scatens excrementis propinata medicamenta quinque euomit. Concinnant illi syrupum solutiuum, de eo vno die cochlear vnum dant, sequenti duo, deinde tria: tandem natura retinet medicamenta nunquid hoc tenendum est?

Vt reiectis vomitu medicamentis occisum fuerit.

Si ventriculus hominis arthritici imbecillus & facillè colligit excrementa an dolores artuum vinum circumcidet? Nequaquam, nam noua materia morbo suppeditatur, id experientiâ verumprehendimus.

Vinum arthriticis nocet.

C

*Arthritis à
variolis.* Puero annorum duodecim exanthemata : extinctis his dolores cutanei oborti sunt implacabiles, ad solum manuum appulsum irritati : ab eo tempore statis temporibus articularibus doloribus est conflatus. Id evertit dogma Hippocratis pueri podagrâ non laborant : Fortè Gentilitium hoc malum, nam nouimus patrem arthriticum; quamquam morbillorum materia suppressa id genus doloris potest inuehere, quod in multis obseruauimus.

Cum dolores laterum à flatu sicut nocet phlebos. Multis pulmonicis leui de causâ dolores lateris excitantur pleuritidem mentientes: an his ad sedationem dolorum frequens venæ sectio? Minimè cum tantum aut flatus sit aut febris exigua, sic sectio non confert, nam si cum dolor oritur seueris lædes plurimum, nam latera tandem debilitantur & hoc nocet: si inflammationis sit suspicio id quidem agendum & protinùs ad anodyna concurrendum.

Lateris doloribus à congestione sicut phleb. Cæterum notandum plerisque hyeme præsertim rigente dolores eiusmodi laterum excitari à congestione ob ambientem frigidum: An his sectio venæ imperanda? (ad orgasmum impediendum) faciendum, aut omninò, nam purgationi tunc nullus locus. In hoc à plerisque peccatur, & ideò Hippocrates purgationi præfert celebrationem phlebotomiæ.

In phlebotomiis si pigro lapsu fluit sanguis etiam amplo vulnere factò, debilitas: sin fluit riuulosè facultatis excreticis vis & robur cernitur.

ANNOTATIONES.

1. **G**alenus Comm. ad Aphor. 21. lib. 4. docet in pestilentibus morbis excreta pessima iuuisse, addit id non in principio apparere debere, sed morbo consistente; nam si initio appareant prauam corporis diathesim significant, aut insignem humorum corruptelam, si morbo progresso vi caloris & morbi sunt conatumque natura designant. Et nos in malignis morbis & temporum constitutionibus vidimus excretionem ferè ab initio morborum factas ad bonum apparuisse. Et ut aiunt optimi medendi magistri. Qualis sit excretio & quouis tempore iuuat tamen, quod notari debet ne temerè de morbis iudicium sententiamque feramus.

ET EPHEMERIDVM, LIB. I. 19

2. *Id innititur auctoritate Hippoc. lib. de Aere locis & aqua:* Quorum (inquit) ventres duri sunt & ad hoc idonei vt amburantur, his dulcissimæ lenissimæ ac splendidissimæ aquæ ex vsu sunt. Non Nitro aut Alumine imbutas & medicatas aquas præscribit, quæ tamen aluum magis sollicitare videntur, contra molles, dulces, liquidas laudat. Par quoque esse debet ratio medicamentorum cum assumptorum tum clysteribus iniectionum. Nam vt ad ventres ardentes ciendos aqua molles & dulces, sic & medicamenta lenientia mitigantia leniendo soluentia & eccoprotica conferunt. Contra verò obsunt calidiora & validiora medicamenta vt scammoniata metu Ilei & incrementi caliditatis, siccitatis, & firmitatis intestinorum retentricis, quæ causa sunt precipue adstrictioris alui, siue quod agrius, nec nisi αἰόρυκτον aluus egerat reddatque. Itaque corporibus duritie alui præditis aut siccis & squallidis lenientia potius quam valde attractiva conferunt medicamenta.

3. *Hippoc. sect. 1. lib. 2. Epid. de Voluulo loquens, sic ait:* Abdominis ruptiones quæ circa pubem fiunt vt plurimum statim sunt innoxie, quæ verò paululum supra vmbilicum in dextra parte hæ dolorosæ sunt & anxiosæ & stercoris vomitum inducunt, vt Pittaco accidit. Fiunt autem hæ aut à plaga, aut vulsura, aut alterius insultu.



CONSTITVTIO VERNA

Anni Domini 1571.



VM Hyems præcessisset asperrima, ac exciperetur ab austrino pluuióque tempore necnon magnæ aquarum inundationes essent ineunte vere magna morborum ilias fuit; sed maximè sub finem hyemis: & *ρέρματα* innumera in pulmones, vnde tussies & dolores laterum: In fauces, vnde Anginæ & tonsillarum dolores. Et cùm tempus vernaret & tepidiusculum foret repentini laterum dolores oriebantur, in doloribus huiusmodi sectio venæ non profuit, ac quærebant num aliud esset remedium præter istud solenne quod primum ducitur in pleuritide, nam innumeri fato eripiebantur quibus secta foret vena, sic colligebant à sero potius cacoëthe & maligno eos oriri dolores, quàm ab inflammatione, ille humor peccatum non admittebat: promptè oriebatur dolor & inopinatò, tussiculæ siccæ erant, deinde dolor fugiebat, facile alius irritabatur, cessabat dolor post venæ sectionem, sed subinde renascebatur: Multis ad pulmones *μετάστροφis*, deinde ad caput, quæ omnia orgasmum, ferociam, tenuitatem humoris cum *πεπασμῶ ἀδυναμία* significabant. Pleuritides erant *έρυσιπελαπόδες*.

Nobili mulieri post horrores acuta febris orta est cum linguâ asperâ, dolore lateris acuto, *δραχνία*: Sectâ ter venâ non quieuit, deinde repente sedatus est, euauit potius: quarto rubent insigniter genæ, deliria, mentis alienationes, frequentes surrectiones *άλυσμοί*, nullus lateris dolor, caput dolebat, febris duplo maior; medicamentum datum quod vomitu reiectum mouit humores & non exegit, quod pessimum: Vermes semipedem longi excernuntur per aluum, caloris & frigoris vices: An id à vermibus esset dubium erat: lingua torrefacta apparebat & mucore

ET EPHEMERIDVM, LIB. I. 21

plena: Peripneumonica facta est per translationem: alius liquidis ducitur excrementis, vicesimo interiit: Debueramus illam pluribus sectionibus venæ exercere, præsertim cum peripneumoniæ adessent argumenta: Nam morbus iste maximè phlebotomiam postulat. Et notandum diligenter quos scribit Galenus in libro 2. Acut. dum comparat phlebotomiam cum purgatione, In pleuritide omninò ante fert phlebotomiam purgationi. etiamsi dolor ad ilia fuerit, atque argumento vtitur à minori ad maius, cum dolor occupat Hypochondriū indicatio potius est purgandi, quàm secandæ venæ; tamen, ait, licet minùs auxiliij allatura sit phlebotomia in pleuritide nothas occupante costas, multò securius est referare venam, tum quia ignores sæpè qualis sit natura eius qui purgatur, tum quòd sæpè humores medicamento agitentur, & non excludantur, quod pessimè fit: Accedit quod si sit inflammatio potius partem liquefacias quàm purges: Denique cum inflammationis sunt signa, ingensque febris est omninò melius est & tutius venam secare. (ait Galenus eo loco.)

*Vena sectio
in pleurit.
praferenda
purgationi.*

Peripneumonici sæpè imbecilli sunt & delinquent animo ob incendium, & obsidionem partis principis, & tamen non oportet esse valdè timidos in secandâ venâ, imò audacter mittendus sanguis.

*Audacter
peripneumo-
nicis detra-
hendus san-
guis.*

(Pucro dolor erat circum latera, detrahebatur audacter sanguis, dolores non concedebant, inopinatò vermes exclusi sunt, dolores quicuerunt, an vermes id facere potuerunt? Ita prorsus, imò & innumeras doloris species excitare possunt in omnibus partibus, ac præsertim si ad ventriculum repant. Mulierem vidimus cui stomachus & ventriculus intumuerat cum suffocationis periculo exclusis vermibus leuata est. An huic sectio contulisset? Nequaquam. Itaque nos admodum esse sagaces oportet.

*Dolores la-
terum à
vermibus.*

Equiti febris continua, vrina cum hypostasi multâ, diuulsâ, cineritiâ. Tales in iis apparent quibus laborat lien aut sinistrum hypochondrium: auris sinistrae dolores, ingens erat incendium: septimò ad inferiorem maxillam tumor. Missus fuit sanguis, omnia pacantur, serò recrudescunt, nocte sequenti ingentes parotides apparent, quæ ad aspectum incresebant, opptessio summa, febris minor,

*2. 101
Parotides fe-
bre non ces-
sante perni-
ciosa.*

Musculorum *κροταφιτών* tensio & dolor, omnia in peius abiēte: vigesimo primo interiit.

3.
Manuum
cōtractiones
in febribus
cur mala.

In febribus tertianis & continuis paruas manuum cōtractiones vidimus: hoc à venoso genere translationem indicat: Interdum his venæ sectio confert, sæpè periculum creat.

Diuturni
partium do-
lores absces-
sum accer-
sunt.

Puellæ nobili de Paleseau febre tertianâ iam mensem laboranti ante paroxysmos dextri hypochondrij & cruris dolores: calore accenso quiescebant, Quid hoc rei? nisi purgationibus anteuertas hoc minatur abscessum vt ex aphorismis discere licet.

Acria ene-
mata me-
dientur hy-
pochond. dol.

In febre quæ tertio repeteret die cuidam nobili mulieri dolor incredibilis in hypogastrio oriebatur, idque ineuntibus paroxysmis, necnon simul è regione illius partis dolor in syncipite excitabatur, hoc medicis negotium faceffit, duabus horis antè paroxysmum indebantur clysmata acria cum folliculis fennæ parata: Dolores in vtrâque parte cessarunt.

Syrupus ex aquâ vitæ paratus cum saccharo in crudis humoribus tormina excitantibus mirificè contulit.

In longis fe-
bribus ser-
uanda vires
ἐμαρτυρεται.

In longis febribus quoniam initio vires multum frangere non oportet tanquam satisfacturas longitudini, iuuat sectiones venæ iterare, sed parcissimâ manu, nam frequenter misso sanguine parcâ manu natura irritatur ad aliquid moliendum, imò sub finem earum febrium secare venam conuenit.

3.
Insufflatis
nocent ene-
mata.

Insufflatis, turgidulis, vt iis qui à morbis conualescunt, & iis quibus flatibus hypochondria distenduntur, an missos facere oportet clysteres, & frequentem iusculorum vsum? Videntur nocere plurimum illa, quia intrudunt flatu. Hæc autem ἐφθόνη quondam & dissolutionem adferunt.

Pleuritidis
in peripneu-
monia fa-
cilis trans-
sus.

Cuidam pleuritico sectâ venâ dolor disparuit, an ideo securos de morbo esse oportet? Nequaquam, nam multos statim peripneumonicos euasisse vidimus: Ingens erat sitis, incendij in pulmone nota, tussis non aderat nisi aliquando: Fallacia sæpè sunt signa inflammationis pulmonis, quia exquisita rarò vrget. Si inflammatio ἀρβής, ingens tussis, sitis, lingua cum virore pallida, pulsus duriusculus cum mollitudine, vomitiones, circâ aluum dolores: Aluus facillè irritatur, sic cautos & restrictos esse oportet in vsu

medicamentorum cathartorum. Animus videtur sæpè deficere tum ob phlegma contentum quod fatuitatem quandam inducit, tum ob vaporem, tum maximè quod cordis regiâ accensâ animus præ incendio videatur deficere: Accedit reuocatio caloris & spiritus ex omnibus partibus, excitatio *πευμδότηων* capite accenso, euocatio humorum, ichorûmque à partibus inferis, quod Hippocrates obseruauit.

An cum animus linquere videtur, à sectione venæ (quæ hîc præsentius & vnicum remedium) temperandum? Nequaquam, imò eâ sæpè repetitâ sanguis copiosè detrahendus, nec terreri oportet istis deliquis, non sunt enim *συγκολλητα*, nec maioribus & τῆ ἐπιδράσει, quæ sæpè adest ob cordis incendium. Et experientia & ratio, & iudicium Medicorum si quando aliàs hîc maximè elucet.

Ob animi deliquia non temperandum à vena sectione.

Multi incauti eripiuntur ob inflammationem pulmonis, quorum in pulmonibus nihil reperitur aperto cadauere nisi quòd vestigium aliquod flammæ apparet: sed hoc idiotæ non animaduertunt.

An in colicis doloribus sectio venæ? Imò præsens remedium si à bile esse videtur. Cauendum à medicamentis validis & vsu linteorum impensè calidorum. Tepore iuantur & thermasmate. Syrupus violatus confert, imò & vsus lactis recens multû aut calidi.

Colicis doloribus confert phleb.

Cum grauida mulier morbo tenetur qui maximè sectionem venæ postulet an grauiditas à crebrâ sectione & largâ profusione sanguinis auocabit? cùm enixæ sunt ingentem euacuationem sanguinis habent & impunè sustinent, imò mulieres crebriores & largiores venæ sectiones ferunt quàm viri, hic-ne restrictiores esse oportet?

4. Grauiditas non dehortatur phleb.

Procurandum omni studio ne parotides suppurent, nam & longitudine opus habent & sæpè in choeradas abeunt cum suppurant, & tunc nec clysteribus nec cathartics pepercis.

Parotidum suppuratio formidanda.

Cum quis Iliacâ passione cum crebris vomitionibus torquetur prolapsum ilei intestini vereri oportet (nam non sæpè iliaca passio aliundè oritur) cum autem prolapsum est intestinum, tametsi vires admodum debiles videantur ob infectos spiritus oportet blandis medicamentis aluum soluere: Qui reuocati erant humores à partibus inferis ad su-

Crebra vomitiones cum alui adstrictione sapiens voluulosa.

periores. Nobilis mulier id declaravit, quam repurgauimus postquam repositum intestinum fuit, tametsi omnes extimæ partes frigerent, frustrâ enim ad cardiaca confugitur: id quod foras eminebat in hac nobili muliere adeò erat exiguum vt id omnes negligerent, imò Chirurgus negabat esse intestinum, alioqui (inquebat) alius foret tumor & maior: Quidam tamen Medicus rei Anatomicæ peritissimus obseruauit Enterocelum mulierum esse periculosiorem quam virorum licet sit multò minor, & ab eâ sapius interire, & sanè hoc vidimus, nam in mulieribus id quod tumet sæpè non superat mediètatem annularis digiti: at in viris sapius Capitis magnitudinem refert, & non ita periculosè laborant: An quòd in mulieribus verè cœcum intestinum obstruitur & descendit, in viris autem alia intestina & præsertim Ileos.

ANNOTATIONES.

1. **C**redo quod tales pleuritides pestilentiales erant, multi sub eadem specie morbi interibant. Nil omnino proficiebat vena sectio. De pleuritide pestilenti, & an secanda in ea vena: Vide Manardum Epist. 5. lib. 12.

2. Galen. Comm. ad part. 84. sect. 2. lib. 1. Epid. Ait parotidas citra suppurationem curatas fuisse solis ad inferiores partes factis excretionibus. Deinde subdit Cratistonactem & piteoris ancillam periisse ad suppurationem ductis parotidibus, Cruda scilicet existente materia in venis contenta. Neque enim impossibile est particularem in parte aliqua fieri concoctionem remanente totius corporis cruditate. Et Hippocr. part. 81. sect. 2. lib. 1. Tumores, inquit, circum aures qui in febribus cum dolore exurgunt quibusdam cessante iudicatoriè febre neque sedati sunt, neque suppurarunt. Factum his biliosarum profluuium vel dysenteria, vel crassarum vrinarum sedimentum soluit vt Clazomeno contigit. Expurgatis scilicet per hæc vacationum loca morbum patientibus causis.

3. Has contractiones ex 3. Prorrh. vocabis potius $\kappa\omega\lambda\eta\gamma\acute{\iota}\varsigma$ $\alpha\pi\alpha\sigma\mu\acute{\omega}\delta\epsilon\iota\alpha$, quam $\alpha\pi\alpha\sigma\mu\acute{\iota}\varsigma$. At longè differunt vt post explicabimus.

4. Tutius

4. Tutius grauidis tunditur vena, quam purgatio instituitur. Et multas obseruare licet mulieres plethoricas, quibus nisi circiter quartum mensem referetur vena, abortiunt, fœtusque copia obruitur. Et citra hanc cum febris aut inflammatio aliqua vehementius urget, grauidis tuto detrahatur sanguis; sequendumque ea in re Celsi consilium. Qui magnitudinis morbi & virium dumtaxat rationem habet. Firmus puer (inquit) robustus senex & grauida mulier valens tuto curantur hoc præsidiij genere. Sicque vteri gestatio inter quantitatis dumtaxat obseruationes habenda. Non enim perpetuum est quod ab Hippocr. scribitur in Aphorism. Mulierem vtero gerentem sectâ venâ abortire, idque magis si auctior est fœtus. Id dumtaxat temperandum suadet à magnis vacationibus, tempore Hippocr. fieri solitis, ne scilicet fœtus vteri latebris conclusus in lucem prodire, idonei alimentis defectu, cogatur.

5. Prolapso in scortum intestino, iliaca contingit passio & miseranda facum per os motu intestinorum peruerso reiectio. Restitutio intestino aeger nondum omnino periculo liberatus est. Ideo danda opera est, ut saluti falsò credita non acquiescat. Aluus non est supprimenda. Nam per aliquot dies multa colluuias debet per inferiorem aluum excerni, & os superius ventriculi confirmari irritatum & symptomatica excretioni male assuefactum. Rheum aut pilularum formâ aut potu datum confert. Sed & aliud aliquando deterius contingit. Nam in lactibus & circum glandulas mesenterij inflammatio contingit, hinc chylosa excretio, hepate non attrahente nec exigente ob inflammationem Mesarai & Mesenterij venas. Et tum aluus quidem fluit, & tamen venter intumescit; ideo danda que inflammationem compefcunt, id quod in multis à nobis est obseruatum: Vt doctè explicat Galen. Comm. in part. 2. lib. 2. Progn. Celsus cap. 20. lib. 7. pre ceteris in prolapsu intestini laudat mediam & phlebotomiam.

CONSTITVTIO S E C V N D A.



ANNO millesimo quingentesimo septuagesimo primo circa mensē Augustum cum immodicus foret fugacium fructuum vsus vagata sunt tormina, fluores alui, dysenteria: Nil proficiebatur remediis solennibus, ventriculi tortiones, Coeliacae passiones. Inclinate Lunā multi perierunt. Febres funestissimae, acutae, mali moris: Omnes vesperi exacerbabantur, vomitiones æruginosæ, paraphrenides, ἀρσπνίαι, ἀλυσμοί, omnia ferè qualia in pestilentibus Constitutionibus: Magna Cerebri & neruosi generis imbecillitas. Et si alius flueret non concedebat febris: Morbi erant χακοήθεις, & nobis incautis multos è medio tollebant. Multis fuerunt faucium exulcerationes, stomachi ipsius squalor, deglutiendi difficultas nisi erectā ceruice, vox clangosa. De iis videtur dixisse Hippocrates. Fauces exulcerari cum febre, malum: & si malum aliquod signum affuerit, periculum.

Circum mensē Septembrem multis mulieribus laboriosus partus, mors denique: ingens erat humorum corruptela. Vidi mulierem recens enixam, cui ad inguen dextrum dolor erat incredibilis, sine eiulatu non mouebatur, alius adstricta, inappetentia, sitis ingens putabant obstetricem malè suo functam officio. Alius multa viridia eiecit, decimoquinto die multa purulenta materia è sinu pudoris excreta est: Abscessus illic fuerat, conualuit.

Alteri idem penè contigit à partu, hypochondrium tumet, difficultas spirandi, à coxis ad humerum sinistrum dolor ingens, nec moueri loco, nec extuffire, nec spiritum ducere poterat. Febris conquiescebat, dolor repetebat, vomitiones variorum humorum; An illis dolori-

bus opus sectione? Si id fit, lochia sistuntur. Fortè illuc *In Concis.*
 pertinebat Aph. Dolores iuxta latus in febribus tenuiter
 consistentes citrà notas venæ sectio lædit, siue cibum
 auerfetur æger, siue hypochondrium sublime habuerit, nec
 enim in eâ muliere notæ erant pleuritis.

Vi febris continuæ quinto mense mulier abortit: pur-
 gationes à partu multæ; magna peripneumoniæ suspicio:
 Quasi exulceratis faucibus magna copia puris ore excerni-
 tur sine conatu, tussi, sed primo quoque screatu: Ad ra-
 dicem linguæ erat abscessus, aut pulmonum prima bronchia
 erant purulenta: Interiit. Nil vnquam tale obseruatum.
 Credibile partem superiorem Thoracis in pus versam, &
 fortè vetus erat malum quod se se nobis postea aperuit.

Tabescentibus dentes liuescunt: an occasione catarrhi?
 An non potiùs ob tetrum halitum? si arte exalbescant co-
 lor iste fœdus repetit.

In ista constitutione multi quartanarij decubuerunt, qui
 sine remediis derelicti sunt, omnes penè conualuerunt:
 quibus curiosè adhibita remedia, ij ferè interièrè, præfer-
 tim si macilenti biliosique forent, vt febres istæ potiùs à
 bile essent vstâ, quàm à fæce sanguinis. Sic cum quarta-
 nis agendum mitissimè, ne officiosa sedulitas plus obsit quàm
 proffit.

Quibus caput fursuraceum ij magis sani degunt: qui-
 bus contra dolore capitis facilè tenentur: Nam spiracula
 & futuræ coniuuent, at in illis aperiuntur.

Cùm morbillis vagantibus febres ingrauescunt vnum
 animaduertendum, an febris vrgeat ob morbillorum sup-
 purationem: An aliundè proueniat: si primum; à medica-
 mento abstineto: secùs medicamentum iuuat, nam in exan-
 thematis locus est cathartico.

Hippocrates vult infantulorum nutrices sæpiùs sumere
 medicamentum. Quale puello conscriberetur, nocent
 namque plurimùm scammoniata nutricibus lactique admix-
 ta aliquando exhibita puerum conuulserunt.

Consulis filio sub axillis tumor disparuit. Vomiti-
 ones assiduæ, dolor lateris, secta vena compescuntur vomiti-
 ones. Repetit dolor lateris, & circum ventriculum:
 Negligunt vsum medicamenti à Medico præscripti, vide-

D ij

1.

2.

*Tabidis den-
tes liues-
cunt.*

3.

*Cum quar-
tana febre
mitissimè
agendum.**Cephalen
torquentur
quibus est
calua
à pparos.**Nutricibus
nocet scam-
moniata.*

4.

*Iudicatoria
non indi-
cantia
Nocentia.*

tur conualescere, statim dolor ad ventriculum repetit, hæc fit abscessus, extima algent. Mors. *ῥαχόντες*. Spes in purgatione erat.

Vespertina vena sectiones melancholicis conferunt.

Melancholicis si ex usu esse videtur phlebotomia, vesperi potius est celebranda, quod eo tempore humor moueatur. Quamquam nocturnæ & vespertinæ sectiones venarum, ob recessum solis & dominatum pituitæ, & quia minime tum illustrantur spiritus, potius animi defectionem afferunt: & pauci sanguinis detractio magis debilitat, quam multi, si alio tempore fiat.

Abscessus in testiculos & femora ab Epilepsia & hydrope liberantur. In Concis.

Piscator hydrope laborans translata sursum materia Epilepticus fit, sæpius conuellitur: abscessu in testiculos & femora facto liberatus est & hydrope, & epilepsia. Tamen Hippocrates scripsit, *Ex Hydropicis comitiales perniciosum.*

Error Pharmacopœo in instituen- da dosi medicamentorum.

Qui fit, inquirunt multi, ut sesqui drachma foliorum fennæ à mulierculis poculo data plus efficiat quam duplum à Pharmacopœo præscriptum? Respondent fieri, quia ius maiore multo quantitate à mulieribus præscribitur, ac propinatur, ut ad uncias octo: Pharmacopœi minore dant ut ad uncias tres. At dices virtus contracta maior est se ipsa diffusa.

Dum indicationes contrariae urgentis affectus habent rationem.

In longis febribus sæpe *ὑποπνίξις*, & tumor aut totius corporis, aut quarundam partium nascitur manente febre, an hic tutus vini usus? Non herclè ob febrem? Antutus iusculorum usus? Non, quia serum augetur. In ista *ἄρτηρ ἐξέρ* quid agendum? Difficillimum hoc & Medicos varias in partes trahit, tamen virgentioris Affectus habenda ratio secundum Gal.

Multis putria viscera attamen sanguis demitur laudabilis & sanis.

Qui fit ut multis detrahatur sanguis laudabilis, quibus viscera sunt ferè putria? Multis illaudabilis, quibus sana sunt viscera? Multis facies decolor, pallida, subuiridis, habitus corporis veluti cachecticus, & tamen laudabilis detrahitur? Multis color floridus, habitus *ὑγιεινός*, quibus lutosus putrisque admittitur? Difficile hæc quæstio dirimetur: sic pituitosis decoloribusque sanguis detrahitur, laudabilis quod pituita elaboratur in sanguinem.

Constitit hic tabaxilla humor diptericus. Constat hic tabaxilla humor diptericus, color lactis, & circum ventriculum: Reportit dolor lactis, & circum ventriculum: Negligunt vnum medicamentum à Medico præcipi, vide

ANNOTATIONES.

1. **H**unc Morbum Hippocr. depinxit lib. 2. de Morbis, & vocat fistulam pulmonum Aphthoicam.
2. Huc alludit Plinius. Dentes (inquit) ignibus indomiti, cauantur tabæ pituitæ.
3. Ambigunt, an in quartana febre purgandum. Si piget & tædet diuturnitatis, purgandum, ut febris aut transmutetur, aut deficiat. Et Hippocr. in accessione dandum Pharmacum solutum Lib. de Aff. num iubet. Celsus cap. 16. lib. 3. docet mouendam esse febrem quartanam ex eo statu, in quo detinetur. Et quod mirum, contra id quod in hac constitutione à nobis fuit obseruatum sæpius, vi excessu aliquo febris quartana cessat. Sic Fabius in cruenta contra Allobroges prælio febre quartana liberatus est, & febrili ardore per bellicum ardorem est absolutus, referente Plinio cap. 50. lib. 7. Sic narrat Celsus quosdam medicos, maxime vero Petronem, hac ratione temeraria quidem (quia quos ratio non restituit, temeritas adiuuat) agros expediuisse ac explicuisse.
4. Hippocr. sect. 1. lib. 2. Epid. Ait; Abscessus aut per venas, aut per ossa, aut nervos, aut cutem, aut alias extremitatis fieri. Bonos autem esse, qui infra morbum sunt, velut varices, lumborum granitates ex supernis. Optimos vero inferiores, & longissimè infra ventrem, & remotissimos à morbo, & rari exper, seu per effluxionem factos.
5. Hic mirari quæ possit, quæ fiat ut in multis cadaueribus multus adeps reperiat in ventre & toto corporis habitu, qui à puriore sanguine est: item vasa hepatisque coloxia adsit, cum tamen viscera ipsa, id est, hepar & lien putria appareant. Si enim tertia coctio non corrigat secundam, quæ fit ut habitus exterior laudabilis in colore, caractere & mole videatur, imò multo adipe carnes perfundantur, cum tamen interna sit viscerum labes, quæ viscera sunt officina & penu, sanguinis & caterorum humorum? Id in hominibus sæpè deprehendimus, in quibus sæpè visitur quarum pingua sunt corpora: Hepar autem siccum hydatidibus & calculis refertum. Quæ quidem quæstio multos torfit, & indiscussa manet. Non pigebit tamen nostram super ea re in medium præferre sententiam, saluo meliore aliorum iudicio.

In habitu est sua vis, sua natura regens & moderans. Et partes externa habent quandam vim actionis sua, quam non mendicant ab hepate, ut caetera partes motum & sensum à cerebro: & cum multiplex fiat elaboratio, ros quidam fit & extrahitur, quasi arte chymica qui carnes, & adipem generat. Accedit quod hæ partes externo aëri exponantur qui repurgat elicita fuligine eas partes quæ faciunt τὸ ἐξω corporis, & τὸ ἴδιον, id est, molem. Tertio labor, quem hæ partes suscipiunt, & exercitatio & frictio vegetans calorem & excitans, efficit ut fiat quadam depuratio & repurgatio: unde licet sanguis origine nonnihil vitij & labis contraxerit, mutatione loci, labore, elaboratione multiplici, secretionem facta faculentioris & crassioris materie tenuior, purior, synceriorque fieri potest. Itaque ut habitus ipse peculiarem quandam naturam habet, suasque peculiare & vernaculas vires: ita videtur habere quoque suos morbos non repetita origine à partibus internis. Partes enim externa corporis dicuntur à Galeno naturâ imbecille, utpotè in quas partes interna, ut primaria & principes, in quas (inquam) ut depositarias suam vim amandent & ablegant. Quin & habere suarum actionum vim non ab hepate, aut aliunde mendicantam Galenus auctor est. Sic suam quandam naturam habent, suum ministerium, suas vires & genium, suam sanitatem, suos morbos. Unde Theophrastus Paracelsus, monstrum hominis & portentum, ridet Medicos qui semper recurrunt ad partes internas, quas miris & crebris evacuationibus & eccoproticis exagitant, & exhauriunt, cum ipsi habitui sit providendum, prætermisissis visceribus. Fortè non desunt isti Monstro sua patrocinia. Sunt enim habitus sui morbi. Tamen ut non est omnino iurandum in verba Galeni, summi licet viri: Ita iste Paracelsus, iuratus Medica Artis hostis, nec omnino audiendus, nec explodendus: Videndum enim non quis dicat, sed quid dicatur, ut ad normam rationis omnia dirigantur.

Lib. de loc.
aff.

CONSTITVTIO TERTIA.

ANNO Domini 1573. cum tota Æstas inæqualis fuisset, si vnquam aliàs morborum inæqualium & maximè febrium quartanarum maxima fuit seges, quod mirum, statim & primo insultu febres erant quartanæ. Obseruarent primates Medici vicesimo ante anno talem constitutionem temporis viguisse, in qua innumeri penè à quartanis perierunt; quibus mortuis lien planè flaccidustabuerat, necnon exhausta erat bilis in cysti, & illius loco concreuerat lapis. Qui duplices quartanas habuerunt aut febrem, complicatam, aut qui vi & arte febrem depellere voluerunt, omnes ferè interierunt. Incunte Ianuario Quartana speciem mutauit, & in aliis duplices tertianas, in aliis continuas mites effecit; Deinde pruritus, pustulæ ardentes, rubores & dolores articulorum innumeri, præsertim qui macilenti & febre siccati forent. Sudores proruperunt omnibus febribus, an quòd siccitas hepatis, & habitus corporis causa fuerit?

CONSTITVTIO QVARTA.

STATIM initio mensis Nouembris Hyems incepit algidissima, quæ ad mensem Martium sæuiit, & post hominum memoriam nunquam obseruata fuit tam diuturna. Aquilonia quidem erat Constitutio, sed & sæuior & diuturnior, sic morborum ferax necessariò fuit, in omnibus intolerabiles dolores capitis fuerunt: ἀγρυπνία, quod tamen non conuenit Hyemi; nam cum sani, tum ægri de vacuitate somni & occurso variorum somniorum dor-

miendo querebantur, cum Hyeme longi & profundi somni esse debeant, & nullæ, aut pauca apoplexiæ. Cur non? Cum & Aquilo cerebro noceat, vnde non mirum si de capite conquererentur, imò Medici talia hypnotica præscripserunt, qualia æstiuis feruoribus. Grassabantur faucium inflammationes exquisitæ, difficultates deglutiendi, *Κωαρχιαι*, non tamen in linguâ ariditas summa erat. Febres lentæ, continuæ, cum colli & dorsaliū musculorum dolore superficie tenus, necnon cum conuulsivo tremore si diū decumberent sine manifesto auxilio. Languiebant vires, erat in multis præ frigore veluti *σφακελισμός* (crudorem Gaza vertit) & squalor quidam, Virgil. in Georg. adustionem vocat, *penetrabile frigus adurip*. Pleuritides multæ grassatæ sunt, multos interemere: Grauiissimi dentium dolores, ophthalmiæ aliàs sicca, aliàs humida & *Ψωροφθαλμια*: vertigines, otalgia, tinnitus aurium, à suppressis excrementis dolores ad Hypochondria, tussis implacabiles. Exacta Hyeme mense Martio omnes penè pleuritides funestæ nullis cedebant remediis, Epidemiæ erant, & *χερονθεες*, sine vilo violento motu prehendebant: Dolor erat fugax, & cum ægri benè habere putarentur & immunes à dolore lateris, interibant: Erant à fero acri, indomito, cuniculos, & viam sibi parante, erysipelatodes, non phlegmonodes: Non erat magna difficultas spirandi, sed dolor tantum mediocris, & hinc decepti Medici, ingens erat fitis, leipothymia erant, & præter rationem vires vacillabant: nil commemorabile expectorabant. Vagabantur innumeri herpes, aphthæ pueris: pauci ab aphthis immunes fuerunt: pustulæ in extremâ linguâ fero plenæ: Mulieres istas aphthas contempserunt tanquam leue malum & inauditum, sed in caneros abiere: testamur innumeros ab istis cancri sublatos. Cum talis viget constitutio, frequentibus purgationibus & ptyalismis morbos anteuertere oportet.

Occupatus pleuritide generis commemorati vir nobilis cum periculose egrotaret sexto die sudauit, nil septimo natura excreuit. Naturam irritaueramus nostris remediis ad crisin accelerandam: Reuerâ ferè in istâ crisi interiit, nisi arastuuechilis impediisset, mors obuenisset. Galen. in Epid. nullum arati tribuit. Mirum quomodo euaserit, cum

dies

Arist. in
Probl.

dies sextus Tyrannus fit : Galenus in hist. de virgine La- *Die sexto*
 rissæa negat omninò sextum diem malum esse, præsertim *salutares*
 si inflammatio non adsit aut *κρονήθεια*, aut si diebus se- *crises ut*
 quentibus absoluat crisis, vt morbus sit potius à quadam *fiunt.*
 plethorâ : sed hîc erat inflammatio, at illam sedaueramus
 tentatis sæpè phlebotomiis.

Nobilis iuuenis initio febricitans, nec vsum vini reli-
 quit, nec à Sole & validâ exercitatione abstinuit : puta-
 bat se suo robore morbum sine remediis, & decubitu vi-
 cturum, tandem fractus morbo sexto decubuit, secta vena,
 catharticum datum, alleuatur : Decimo pacantur omnia,
 vñdecimo exacerbantur, iactatur, delirat, furit, *ἐμῶν*,
 lingua arida, *ἀδύσ* : partes extimæ satis temperatæ, in-
 teriora ardent, oculi flagrant, *ἐφιδρώσις*, tremores mem-
 brorum : Mors. Sic morbi initio moderati & curabiles
 ex euentu funesti fiunt per incuriam & errores commissos
 in victus ratione. Quò pertinet admodum notanda hi-
 storia de eo, qui leuiter febricitans quod intempestiuè co-
 natus esset, interiit.

Menfe Iunio omnes morbi ingentem corruptionem in
 corporibus subesse significabant : nam vomitiones assiduæ
 cum inquietudine & omnibus ferè agris vermium excre-
 tio per os & aluum : idque non modo in iuuenibus, sed &
 in senibus : sanguis quicunque detrahebatur erat planè se-
 rosus & putris, ichores erant & ferofi humores, qui phre-
 nitides faciunt, deliria, conuulsiones, non quatenus illi
 sanguineam retinent naturam, sed cum corruptione totius
 substantiæ aut malignâ qualitate infesti sunt, & biliosi aut
 atrabilarij : Multis pruritus intolerabiles, febres leui de *Comm. in*
 causâ orientes, multæ ad Lipyriarum naturam accedebant, *part. 38.*
 latens intus incendium, extima moderata, horrores ex in- *sect. 2. lib. 3.*
 teruallis, ac si propter humores *ἐτερογενείς*, ad naturam fe- *Epid.*
 brium horrificarum accederent, arida linguâ, *φελώδης*, do-
 lores ad aluum, aliis deiectiones biliosæ nihil iuuantes, aliis
 aluus impensè arida, & vomitiones rerum ingestarum, mô-
 dò alienarum : omnes propter indolentiam horum sympto-
 matum agros toxico infectos credebant, intus conceptum
 incendiū maximè erat. Chirurgo Guenino bilis in æstu sum-
 mo torrefacta sexto die partium extimarum refrigeratio. In

E

aliis idem alio tempore contingebat. Ita arescebant & squalebant morbum funestum patientes aegroti.

Toto mense Iunio, Iulio, Augusto, febres vagabantur mali moris: Medici decipiebantur, tanquam quotidianas intermittentes putantes, quod singulis noctibus repeteret febris. Verùm assiduæ erant, & tamen hoc fugiebat Medicos; nam interdium benè omninò habere videbantur. Initio quidem erat febris vacuitas, sed post vnum atque alterum paroxysmum assidua erat febris. Noctes omnibus implacidissimæ, interdium mens erat integra, doloris quædam vacuitas, sed erat summa linguæ ariditas, amaror, auersatio ciborum, sitis, iactationes, vesperi inopinatò sine sensu caloris & frigoris aut inæqualitatis sensim reaccendebatur febris, summas inferens molestias, dolores capitis atrocissimos, alienationes mentis, sitim ingentem, vacuitatem somni: Febris tamen non adeò manifesta. Cùm sic noctem exegissent quasi spiritibus infectis, tanta matutino tempore erat imbecillitas vt animam agere viderentur, imò, multi exoluti frigidis sudoribus scatentes, ἀσφυξία aut exilitas & inæqualitas in pulsu, calor admodum aridus. Adeò tempus matutinum terrificis erat symptomatis plenum etiam primo quaternario, vt multi sacro oleo peruncti fuerint. Qui vnâ horâ post primæ restituti sanitati videbantur. Et tale morborum ingenium nunquam se obseruasse Medici dicebant: sic obseruato hoc more morbi nullis ægris datum est medicamentum manè, sed circùm vndecimam aut post meridiem, & antè medicamentum ingerebatur cibus: Nullis item secta vena, nisi iam die affecto. Causam tantorum symptomatum in matutinum tempus incurrentium esse credebamus, quod maligno vapore morbi infecti de nocte spiritus adeò imbecilli essent, vt appetente die, quo tempore humores qui intrò confluxerant à centro ad habitum corporis reuocantur, vix illustrare possent corpus: Quòd si sudor manè aliquis vnâ erupisset, prærepta occasio fuisset tantis symptomatis, at nullus erupit nisi symptomaticus, frigidi enim erant ob summam imbecillitatem corde occupato. Imò in plerisque, vt dixi, obseruata quædam pulsus exilitas & veluti carentia, in aliis formicans pulsus, & hæc præsertim diebus criticis contingebant, ac si natura

frustrà aggredetur crisin : Qui crifim subiére nono aut vndecimo die cum magno vitæ discrimine fuerunt, aliis febris protracta & sine crifibus ferè soluta, quasi infractâ & domitâ successu temporis ferociâ morbi. Multis parotides apparuerunt, aliis funestæ, aliis non. Morbillis illo tempore prehendebantur pueri. Nos autem obseruauimus febres omnes eas quæ iam grandiores natu prehendunt, morbillis vulgò pueros exercentibus, omnes (inquam) eas mali esse moris & funestas, ac si aliquid resipiscerent de febre eâ quæ morbillis comes est. Et quoniam ob cutis mollitiem exanthemata pueris erumpunt, ideò funestam vim morborum istorum depellunt, alioqui deperirent. Satis autem manifestum erat eas febres quæ in grandiores inciderent, eiusdem esse moris cum febribus pueros exanthematis obfitos exercentibus, quod cum summâ inquietudinis & doloris sensatione vt ægri ne minimùm quidem contrectari possent, vidimus multis obortas esse maculas rubentes, mox liuescentes cum summâ membrorum contractione, eas Græci ἐκθύματα vocant, Celsus papulas vertit, quod in Epidemiis multis contigisse vidimus magno ægrorum periculo, & Galenus ideò ait eas papulas malas vt signum & vt causam. Vt causam quia & phlogosin significabant partium internarum & humorum χρονοίτηται : vt signum, quia sunt iudicatoriæ non iudicantes, nec enim tanto morbo soluendo satis sunt & pares. Quod (si quando aliàs) in eâ temporis constitutione innumeris contigit, vt mirum non sit, si translatione facta ad cerebrum multis parotides obortæ fuerint, quæ duabus de causis sunt perniciosæ, tum quòd morbo impareres sint, tum quòd omnis translatio ab infimis partibus ad superas fit perniciosa, & quod mirum fuit, pulsus non erat incendio interno analogus.

2. Si quis quærat cuiusmodi illæ febres viderentur, quarum essentia in phlogosi viscerum contineri videbantur, cum feri biliosi & ichoris putredine non cordis & cerebri partium in corpore momentanearum. Harum causa humor videbatur esse duplex aut vnus confusus bile & pituitâ mixtus, qui malignus effectus non poterat hæc dira symptomata non inuehere : Febres ad hemitritæos & τριμυροφύεις acce-

E, ij

Comm. in 3.
Prorrh.I.
Parotides
cur perni-
ciosa.2.
Bilis & pi-
tuita hemi-
tritæ causa.
In Coactis.

debant, quæ inflammationis sunt soboles, & cacoëthiam sequuntur.

In Conciis. Vidimus multos, quibus fluxerat aluus excrementis biliosis, vt ait Hippocrates cum borborygmis. Sed isti fluores parum proderant. Tamen præstabilius erat aluum quomodocumque fluere quam subsistere, nam materia morbifica excernebatur: Tamen si quæ excernerentur substitissent, deterius actum esset cum ægris, adeò quæ iniiciebantur alimenta in corpus, statim corrumpebantur. Aliis fluente etiam aluo cardiogmi remanebant. Aliis à *αεγυπέτος* fluxit aluus cum mentis læsione & comatosâ dispositione atq; euaserunt, adeò natura iuuabatur istâ excretionem, licet symptomata foret: Nam in pestilentibus & malè moratis morbis qualescumque excretionem iuuant: Vrinæ nullis erant flammeæ, sed saltem boni erant coloris. Quod boni signi rationem habet, & saltem ad longitudinem apparet, vt in Epidemiis Galenus obseruauit.

*Histor. 12.
sub fin. 1.
Epid.*

Nonnullis tamen febres essent continuæ per vnum diem aut duos vacuitas febris adesse vîsa est, quod nouum non est: Nam in Epidemiis quidam febre continuâ laborabat, & octauo die à febre immunem fuisse ait Hippocrates; & eodem loco prægnans mulier assiduâ febre occupabatur, per tres dies febre vacuiffie scribit Hippocrates, vndecimo die febris repetiit & iudicata est: Quod notandum est, ne eos euafisse existimes, quòd febre vacare videantur.

*4.
Vena sectio
& catharsis
non impediunt variolarum aut morbillorum eruptionem.*

Εξανθήματα Epidemia fuisse in pueris diximus: Vnum notauimus, insolentia symptomata eorum eruptionem præcedebant. Nam puellæ Domini Mommoræi intolerabilis erat dolor dextri brachij, adhibita frustra remedia, rara fuerunt exanthemata, si plura & si citò paruiffent, non ita doluiffet: Per tres menses iste dolor brachij mansit, & nullis vel validiffimis remediis cessit. Beasaldæ filio annos sexdecim nato dolor implacabilis ad spinam dorsi: purgationes, litus, phlebotomiæ: Quarto die erumpunt morbilli adeò copiosi, vt nihil copiosius: Diu latebant antequàm erumperent. Duabus filiabus Domini Amoræi febres lentæ, dolores implacabiles capitis, purgationes, clysmata, & tamen erumpunt abundè exanthemata. An commodè

præscribi possunt medicamenta antequàm morbilli sese prodant? An illa impediunt motum naturæ? Imò inopinatò venam secuimus & medicamentum purgans dedimus, quibus die sequenti aut postridie apparerent variolæ, & meliùs multò habuerunt, quàm quibus non ausi fuimus idem exhibere: sic parùm probabile quod dicitur minùs affatim erumperè papulas si corpus antè purgaueris.

Dominus ab insulâ de summâ difficultate deglutiendi (quæ erat tantùm morbillosum latentiùs soboles, nos autem nil tale suspicabamur) conquerebatur, insignis febris: Eluimus aluum clysmate, venam metu synanches secuimus: sequenti die exanthemata apparent, & breui tamen conualuit.

Eodem anno cùm dies per aliquot satis rigida hyems viguisset circa æquinoctium hyemale innumeræ fluxiones vagantur, in oculos, pulmones, & subiectas partes: plerisque collum riguit ac si tetanus esset: stupores brachiorum, lacerationes cum stupore quodam, multi apoplectici interièrè, multi repentè interierunt exudantes & exoluti, ac si Anglici sudoris species aliqua foret: Febres cum sudoribus manantibus toto tempore: & mense Decembri dicebant solem nouum iam cursum instituere, Lunam & Solem ita affici vt eclipsis contingeret: Incredibiles, ingentes, & vix audiat in agris mutationes apparuerunt: Corpora sana penè languebant iamiam repentè & sine causâ manifestâ quasi quodam agente dæmonio agere videbantur animam, & nos qui nihil tale in Cælo fieri auguraremur, tantæ tamq; subitæ mutationis causam mirabamur. Nunquam credidissim tantas turbas & mutationes excitari in istis Solis & Lunæ, & Cæli affectionibus. Conuulsiones repentè incidentes, deliria & præter rationem nouæ & subitò incidentes in morbis mutationes eâ nocte satis fidem fecerunt: Vnde non abs re Hippocrates magnas aëris mutationes valdè obseruandas putauit.

Nobili mulieri cachecticæ post horariorum fructuum vsum immodicum vomitiones biliosæ, æruginosæ, dolor ad stomachi regionem: Cautum erat à Medico ne vomitus sifteretur, tamen præter consiliùm repressus est: virulenta materia repressa atrocissimum dolorem cum tumore accer-

In Solis & Luna Eclipsibus maximam patiuntur corpora nostra alteratione.

Vomitiones & diarrhæas sistere interdum perniciosissimum.

siuit in primâ corporis regione. Superuenit recurrente humore ad partem affectam febris *ἀσάδης*, algent extrema, vruntur interna, post duodecim horas à lipyriâ interiit : sic nocet plurimum diarrhoeas & vomitiones sistere, præsertim si quæ excernuntur excerni debent.

*αιματι-
πιυσις
non semper
formidanda.*

Cum è pulmone sanguis reiiicitur tussi, ille omni arte reprimi debet & solet : An hoc verum ? Si febris adest, constat & est extrâ controuersiam omnem non debere sisti, nisi cum sufficienter & imminutus, & aliò reuulsus fuerit necessariâ venæ sectione : Hoc Galeno videtur Com. in Aphor. quòd inflammationis magna sit suspicio : An tum malum est è pulmone sanguinem educi ? Quidam nomine Reuesche satis declarauit sæpè innocuè è pulmone sanguinè reiiici: nam vidimus eum sæpè febribus detentum, cum quibus aliàs cruentū expuit, aliàs sanguinem è pulmone spumantem expectorauit : sed hoc putamus ob mollitiem pulmonis fieri, vt id esset illi instar euacuationis solennis, aut per nares, aut per hæmorrhagiam : Quod cum fit & suspicio inflammationis non est, & quæ adest febris non ob vitium in pulmone oboritur, sed propter corruptos in mesenterio humores, tum minus formidandus est ille impetus sanguinis per os : nisi enim magna vasorum pulmonis esset mollities, impetum sanguinis non facillè sustinens, ad nares sanguis viam affectaret : Vidimus qui minùs sæpè minore quantitate sanguinem è pulmone reiectarent, quos proximè tabes sit consecuta ; Quamquam magno opus est iudicio, vt distinguas an excretio illa sanguinis sit formidanda, an non, cum parui non referat scire quomodo se eâ in re gerere oporteat.

*ιδιονυ-
κρασία in
medicina
facienda
magni mo-
menti est.*

Illustris est Lutetiæ familia, in quâ multi sunt liberi, quorum alij aliquid retinent natiuum à patre, alij à matre: Pater minimo medicamentulo repurgatur, idem liberis paternum quid habentibus contigit : Matrem nonnisi valida medicamenta commouent ; Qui maternum quid habent, nonnisi validis medicamentis commouentur ; adèd magni refert ad prudenter medendum non Ciuitatis tantum, non vrbis, non domus peculiarem habere notitiam, sed cuiusque *ιδιονυκρασίην* animo impressam tenere.

Cum die decimoquarto morbi natuta aliquid decernit,

& foràs aut alio excernit, aut per ἀπόθρονον, aut per ἔκρηξιν, nunquid quæ abscedit materia alba, læuis, & æqualis; cuiusmodi est vera hypostasis, mitificata est, & characterem naturæ recepit? si hoc verum, cur parotis critica, aut alius quivis abscessus criticus eo ipso die quo erumpit non suppurat? Æquum id videtur & nunquid parotidon materia calida est?

Cuidam pleurítico ter atque quater secta vena mediana, cum tamen Medici censerent tundendam basilicam, sed quia & erat parum conspicua, & ramusculus tantum cernebatur, ideoque parum profutura videretur ea sectio, contra ea adiutura, ex qua riuulosè & affatim sanguis fluere, cum alioqui parum differre putarent cum ab eodem deriuentur ramo: tamen, cum parum profuisse sectiones viderentur & educeretur laudabilis sanguis, visum est melius fore si ramusculus ille feriretur, quod recta ad partem affectam pertineret: tunditur, sanguis fluit illaudabilis, statim alleuatur, adeo in sectionibus venæ magnificienda est τῆς φλεβῶν ἐπιρροαία. *retitudo*

In sectionibus venarum consideranda iustitiae.

videtur proventus ex his rebus Agitatio & perturbatio cerebri epilepsiam mouet.

Epilepsia à Comitibus morbus Comitialis vulgò nuncupatur. Propterea autem Comitalem morbum dici decernunt quod Comitibus dirimerentur ac dimitterentur, si quis fortè cum hæc haberentur paroxysmo epileptico prederetur. Sed istud etymon, etsi à Comitibus deducitur, non tamen à dimittendis comitiis ortum habet: Quin potius comitialis nomen morbus inuenit, quod vis illius morbi latentis, & ad tempus suppressi maximè in comitiis & hominum coitione celebri emicat ac elucescit, nam cum morborum statâ periodo circuitioneque redeuntium alij hoc potius tempore vel hæc occasione excitentur ac pullulent, quàm illo, illâue occasione, si quis epilepsiæ est obnoxius maligni huius morbi semen facilè sese profert ac profundit, tum cum cogitatione cerebrum ac contentione aliquâ metûve mouetur ac percellitur: siquidem spirituum fit impetus & motus quidam inordinatus, quem cerebrum, aut delicatum, aut imbecillum facilè non fert. At qui in concionem prodeunt dicturi, aut de re graui deliberaturi contremiscunt, metûque quatuntur, ac huius perturbationis vim facilè cerebrum perentiscit; illud enim diuiditur,

nuncque huc, nuncque illuc rapitur, contrahitur in se, dum mox se se explicat ac exprimit, vt mirum non sit si vetus infirmitas innotescat, faciléque detegatur. Quod Alcibiades satis patefecit, verba faciens apud populum, cuius tamen fronte, minimè perturbari debuisset, & tamen totus solebat contremiscere. Ac Socrati istum muliebré metum obiicienti & affirmanti dedecere maximè Alcibiadem, tantâ in populum potestate præditum, coràm populo & in concione hominum plebeiorum & proletariorum ita terreri, respondit putare se in hominum istâ frequentiâ non paucum hominum catorum, & res magnas aggredi solitorum numerum adesse. Imò nostrâ memoriâ obseruatum est clarissimum Budæum, cum pauca haberet dicenda apud Regem Franciscum primum, obmutuisse ac sterilem paruissè adeò aspectus Regis maiestate regiâ plenus eum terruerat, cum tamen omnes sciant quantæ animi dotes, diuitiæ, & ampla ingenij suppellex Budæo fuerit, sed in recessu erat, non in fronte. Et in Basilicâ Parisiensi dicturus Iodellus, acutissimi & solertissimi homo ingenij, foelicisque memoriæ coràm Henrico Rege obmutuit, obstupuitque, ac postea narrauit se illo tempore rerum omnium quas animo comprehenderat oblitum fuisse, vt nullâ pénératione ad se redierit, & si plus apud Reges ipsos concepta de istis luminibus Gallia ignorantia opinio valuisset, quàm roboratum iam ac confirmatum, graue ac Regium de vtriusque vi & ingenio, & interioribus litteris iudicium, inanes ac inglorij discessissent. Ac non tam in eis suspecta fuit eorum incitia quibus cum adsint verba res deficient, quàm infantia eorum qui cum rebus abundant eas nequeant explicare. At prudentia indiserta loquaci stultitiæ est preferenda. Atque obseruauit Rondeletius, acutissimo solertissimoq; præditos homines ingenio cum cerebri præstantiâ, dum magnâ animi contentione aliquid moliuntur, epilepticos fieri. Ac viri graues sui ferè sunt diffidentes, nec audent quicquam aut proponere, aut eloqui, aut constituere nisi accurate: Contrà impudentes, leues homines, ac ignari fiduciâ sui omnia audent, nec cuiusquam terrentur aut aspectu, aut auctoritate.

*Lachrymas
promouentia
nocent oph-
thalmia.*

Cum dolor oculos occupauit, aut ophthalmia, aut epiphora post vnam aut alteram purgationem sequentes motum

tum naturæ excernentis, non dubitant dare quæ lachrymas proliciant: erumpente enim per oculos humiditate multâ eos sanatum iri putant: At hæc ratio medendi non placet: Doctissimus Syluius hanc retinebat. Et magna inde incommoda consecuta esse audiuius. Aëtius medicamenta lachrymas promouentiâ præscribit. Hippocr. iubet aliquando humectari oculos, & lachrymas prohiberi vetat, immo omni ratione excitat: Sed loquitur de illapsu humoris cruenti in oculum: vt topicum remedium sit lachrymæ prouocatio. Sed cum à cerebro aut pericranio malum est, hoc ita tutum non est. Quanquam cur non fieri possit?

Dominum Sangermanum dolor ad gibbas hepatis vexabat. Irrita omnia fuerunt remedia ex arte comparata. Et cum naturæ totum negotium relinqueretur, rusticus aduocatus est, hic similem affectum se aliquando curasse asseueravit. Aeger confidenter ei sese credit. Accipit radicis hederæ puluerisatæ ʒj. aut ʒij. potui dat cum decocto capi aut pulli, non longè post iuuatur plurimum. Et eiusmodi remedia à veteribus sunt præscripta, à nobis neglecta. Et eadem magno nostro vituperio cum summa laude vsurpant rustici. Aëtius caput scripsit de iis quæ purgant cauas & gibbas partes iecoris.

In profliganda lue venerea decoctum ligni guajacini commendant, quod eo proliciantur sudores, maximum remedium illius venenati morbi: Sed ei decocto turpethum, colocynthidem, folia fenæ, agaricum adiiciunt. An hoc conuenienter fit? Fortè eadem est ratio, quæ & de purgatione quæ sub cane instituitur. Contrarij enim motus sunt, vnus caloris externi foras euocantis, alter medicamenti intro. Idem de decocto ligni sancti cum solutiuis medicamentis.

Si in destillatione à capite & tuffi tutò aliquando præscribitur opium, & ea quæ opium recipiunt, cum impensè frigidum fit, cur non idem aqua præstet quæ frigida est & frigidum vim habet? Aëtius scribit de aqua pluuiâ illam destillationes excitare si frigida bibatur, cur opium frigidum actu & potentia sistit easdem?

Notandum quod scribit Rondelctius, sæpè terreti Medicos, cum vident ob dolores capitis vires admodum detri-

Cap. 156. &
157. serm. 3.
Tetrab. 1.

An decocto
ligni sancti
purgantis
rite adii-
ciantur.

Comm. in
Aphor. 5.
lib. 4.

Cap. 165.
Tetrab. 1.
serm. 3.

Cap. de do-
lore Capitis
ex bile.

tas: non audent enim aut insignes venæ sectiones, aut valida præscribere medicamenta. Et tamen in his tantorum dolorum sedatio consistit. Tamen isto infirmitatis metu non terri debemus. Quid tantopere enim corpus frangit, & spiritus dissoluit? Dolor. Ergo eum amouere studeamus. Quoniam autem stupefcit quodam modo sensus ob insignem dolorem, danda sunt medicamenta valida, quæ naturæ calcar addant, alioqui inanis erit opera. Et sic fecimus in seruo Episcopi Cisteronensis, cum adeo præ dolore capitis infirmum esset caput, vt animam agere videretur. Tutudimus venam frontis & satis copiosè sanguinem detraximus. In illo verum comperimus, quod Hippocr. scribit; *Quibus capitis ac colli dolor adest*, & totius corporis tremula impotentia, sanguinis eruptio soluit. Quin & tempore hæc soluantur, verum vesicæ in hoc supprimuntur. Numquid arte sanguinem detrahere conueniet?

Virium infirmitas in vehementissimis doloribus non dehortatur vena sectionem & purgationem.

In Concis.

Maxima ratio habenda eorum qui purgari debent, ne videamur corpora accommodare medicamentis, non medicamenta corporibus per obseruationem peculiaris naturæ. In hoc plurimum aberratur. Plerosque vidimus, quibus medicamenta statim ab aluo præcipitantur, & nonnulla se cum educunt, sed non talia qualia purgari oporteat. Hoc autem fit in iis quibus ventriculus est admodum delicatus, & exquisiti sensus. Quod discernes ex eo: nam sunt vt plurimum decolores, vix sustinent in ediam, aut si sustinent, magna virium infirmitas est. Acetariorum vsu, & aquæ frigidæ & rerum humidiuscularum & frigidiuscularum facile offenduntur, læuorem habent alui facilem, quem nos Græcè vocabimus *σπαστικὸν*, non *λειπτέλιον*, torminibus cœliacis facile tenentur, non valdè sitiunt, saliuam in iis ob os recurrit, vsu rerum calid. & admotarum & assumptarum facile iuuantur. His nec cassia, quia lubricat nimium & suo virore aluum istam subuertit, nec catholici confectio, nec scammoniata profunt. Nam quæ scammonium receperunt, dum citò ad actum reducuntur, & citò pyloron aluique fundum irritant ac pungunt, vna post medicamentum sumptum hora aluum sollicitant perturbatè, & *αεχλιώ*, non *χοληροί* faciunt: cum vera *χοληροί* electiua esse debeat. Itaque cum ob effœminationem & mollitiem,

Peculiaris natura cum corporum tum humorum purgandorum, cognitio necessaria est.

& humectationem ventriculi facultas retinens non fit valida, & pars exquisito fit prædita sensu, non mirum est, si moram in ventriculo medicamentum non facit. Prætereâ quibus in ventriculum ipsum perenniter allabatur catarrhus, ut multa humiditate aluus natet, eadem medicamenta non ferunt. Et Cassia in talibus ventriculis inflatur, & dolores infert magnos & λεπτοψυχίας. Nec his, nec illis tutus pilularum usus, quia ab aluo statim nullo effectu præstito devoluuntur. Si itaque velis quippiam effatu dignum facere, corpus aut præexsiccandum est, aut danda medicamenta quæ vim habeant purgandi, & vnâ fibras ventriculi roborandi. Alioqui ludes operam.

Sunt qui dum scammoniata præscribere volunt, ipsi scammonio admiscent ea quæ vim astringendi habent. An hoc est *ὁμοίωτροπον*? nam vnus vis alterius actionem interturbat. Immò obseruatum est ab istis dysenterias facillimè inferri. Nam quæ astringunt dum in spiraculis fibrisq; scammonium retardant, dysenteriaë quoque occasionem dant. Siquidem non potest scammonium non erodere si moram trahat. At dicent. Quæ adstringunt, impediunt quominus tam citò scammonium suam vim exerceat? Immò sistunt potius ipsius scammonij corpus quàm actiones. Sed ut actionem actionisq; vim temperes, adhibenda sunt quæ vim scammonij hebetent. Ut dactyli retundunt in confectioe diaphœnicônis. Sed quibus astringendi vis concessa est eaque primaria, ea non possunt legitimè admisceri.

Scammoniatas non miscenda astringentia.

Numquid in vulgata hydropicorum curatione plurimùm ubique aberratur? Nam cum passim hepar hydropicorum vitiatum sit, exuccum, & per quendam marasum *ἄσπερον* arefactum, tamen sæpè & confertim dantur scammoniata, antimonium, succus ebulorum, sambuci, thymelææ, chamæleæ, tithymalorum: nunquid adaugetur hepatis intemperies? nunquid malum malo cumulatur? & augetur perpetua generatio? Vnde nullo profectu omnia hæc propinata vidimus. Immò ab his multos interiuisse testamur, quod serum vtile traxissent, & maiorem sitim, calorem, febrem, squalorem corpori attulissent, nil de materia morbifica dempsissent. An non alia medendi ratio, & num potius *ἰσχυρὴ* conferat, quam nullo profectu, & cum

Hydrops à marasmo hepatis scammoniatas, antimonio, &c. tuò non curatur.

auctione causæ ista medicamenta præscribantur ?

*Clysmatis
acribus non
utendum in
magna ad-
strictione
alvi.*

Cum aluus admodum astricta cauendum ab enematis valde acribus. Nam dum eorum vis intruditur & transcendit rectum intestinum, dum alia iritat vellicatque intestina validè, & præ obturante facie in recto intestino nequeunt sese exonerare, sæpè adiguntur ad contrarium motum & mutant suum motum *περισταλτικόν*, vnde frequentes prouocantur ilei.

*Com. in par-
ticul. 38.
sect. 2. lib. 6.
Epid.*

Capitis dolores non ita surgunt ob humorem melancholicum aut frigidum quatenus eiusmodi remanet. Quæ enim humori melancholico inest siccitas, ea parum ad dolores excitandum idonea est. Frigiditas verò & humiditas, quæ tanquam qualitates propriæ pituitæ quadrant, parum quoque ad dolorum generationem valent. Nam opinione Galeni frigus torporem potius & stuporem inducit. Itaque cum in fluxionibus tam acerbi dolores excitantur, vel tales humores sunt pituita falsa aut acida (nam de fluxionibus biliosis sermo non est) vel flatulenta materia est. Ac credibile nullum penè dolorem excitari, quin aliquid sit de natura flatulenta & ichorosa, quod videbatur Medicis *πνευματικοῖς*, quorum dogma Hippocr. secutus videtur libro de flatibus. Istas ventositates, *ἀνεμίαι* vocare possis; & flatus subuentaneos, vagabundos, leues, irritos, nam *ἀνέμος* idem aliquando significat quod *ὑπονέμος*, id est, subuentaneus: In talibus autem phlebotomia soluit. Porro si flatulenta natura est ex quadam pituitæ resolutione, nunquid pilularum tutus vsus, quarum tenuis & acer calor faciliè pituitam in flatum resoluit, & ita causam auget?

*Cucurbitula
admotæ
musclicis ab-
dominis re-
spirationem
impediunt.*

In hystericis affectionibus & apoplexiis, in quibus aut aboletur omnino respiratio, aut exigua manet (quod ad sensum spectat) an vsus cucurbitularum tutus in musclicis abdominis? Nequaquam. Nam dum illi intenduntur muscliculi, augetur difficultas respirationis. Et ita exaugetur malum.

*Theriaca
vnto non ex-
hibetur le-
thargicis.*

In lethargicis affectionibus & comatis & apoplexiis theriaca vulgò præscribitur. An id tutò fit? Nequaquam, id quæ duabus de causis. Nam & obruit vis opij quæ vix tempore retunditur: & etiam retusa, si aliqua supersit, maximè apparet in istis affectionibus: Præterea theriacam multa

ingrediuntur quæ vim astringendi habent, ideò duabus istis de causis impunè dari non potest.

Hippocrates ita scribit in aphorismis, Qui sanguinem euomunt, si sine febre, salutare: si cum febre, malum. Curandum refrigerantibus & astringentibus. Hoc consulit sumpta indicatione ab ipsa excretionem. An tutò ista astringentia præscribuntur? Nequaquam, nisi magna cum cautione. Nam nisi vsu rerum mellitarum aut oxycrati dilutissimi purgaueris pulmones eo sanguine qui moram in eis trahere possit, metus est ne corrumpatur, & ita phthoen accersat. Immò non bonum omninò sedare tussiculam, quia per eam pulmones ἀνακαταρτυσθήσονται. In his plurimum errant Medici.

Lib. 7. Aph.

37.

cc

cc

Astringentia pulmonicis non conferunt.

Illustris Domina de Charny implacabilibus capitis doloribus tenebatur. Suspiciabantur humorem esse frigidum, rebellem, efferatum tamen & iam in flatulentam naturam versum. Sectæ venæ sunt brachiorum, purgatum corpus, vesicæ fuillæ admotæ lacte plenæ. Nil proficitur. Tandem interbastantur sacculi semine lini pleni, vino & aq. incoquantur, applicantur. Dolores cessant. Non longè post repetunt. Eadem vsurpantur. Tandem cum nil proficeretur, sæpè adhibentur galli exenterati: miraculo conualescit.

In acerbis doloribus ad scapulas & rachitidem, ob fluxionem serosæ materiei efferæ, post purgationem iuuat litus ex axungia gallinæ, fuilla & succo saluiæ cum vino albo extracto.

Quæri potest, dum partus instat, nunquid antè eum per octo aut nouem dies mulier commodè uti queat vino Hippocratico, ut eius vsu sensim vasa aperiantur, sic partus facilius fit, & à partu purgationes χαλαρήναι μετά τοὺς ἡμέρας dictæ meliùs eant? Fieri Herclè id potest. Tamen cauendum ne quid peccetur. Nam si vsus vini Hippocratici sit maior, cauendum ne sanguis calfiat, & ita febribus post partum occasio detur. Immò maius inde incommodum, quam commodum sequatur. Vnde in vxore Præsidis Parisiensis Dolu vidimus conuulsiones Epilepticas in partu. Antè fatis liberaliter eo vino vsa fuerat. Hinc sanguinis & humorum incitatus est cursus.

*Com. in
Aphor. 24.
lib. 3.*

*Causa Aph-
tharum.*

*Cap. 4. Te-
trab. 1.
sermo. 4.*

Puellos dum lactent aphthæ maxima ex parte exercent; id est vlcuscula igneæ caliditatis in modum herpetis miliaris. Galenus in aphorismis harum generationem ad molitiem partium internarum oris refert, quæ tanta est, vt si lac paulò amplius serum habeat, vix istam qualitatem ferre possint quin exulcerentur. Sed Aëtius, quod diligenter notari debet, ideò aphthas plerumque generari ait quod nutritibus mammarum papillæ breuiores sint iusto. Et ita puellus ore non potest apprehendere, ideòque affliguntur maxillæ: Nec non lac eiaculatum, non autem probè attractum ob papillarum breuitatem pelliculam toti ori & pharyngi obductam succingentemque ferit & aphthas vlcerano generat. Sic cauere oportet ne ora puellorum imprudenter ledamus medicamentis, cum curatio consistat potius in mutatione nutriticis.

Cum in pleuritide vexant dolores venam secamus, cum adaugentur audentius secamus. An id benè? Nequaquam. Quia dum pus fit dolores surgunt, an propterea secanda tam sæpè vena? Naturam impedimus, vt mirum non sit si multi moriantur.

Incredibiles circum scoptula operta, & rhachitidem dolores oriuntur à delapsu crudi ac serosi humoris per partes posticas capitis: & ij mulieres maximè exercent. In Domina Du Plessis, per viginti menses perseuerarunt, nulli cedentes remedio. Ioanni Bellicanto eos dolores sæpè perpeffo cum corpus mortuum secaretur, omnes nerui & ligamenta musculorum humeralium erant oppleta sero pingui: idem obseruatum in aliis similes dolores passis, quos nulla penè ars leuauerat. Quid hîc capias consilij? quæ medendi methodus?

*Ad verrucas
portulacæ
succus con-
fert.*

Narravit quidam, cum verrucâ occupatam manum haberet, satis altâ & profundâ, per dies aliquot assidue locum affectum perfudisse & affricuisse succo vi affricus extracto ex portulacæ thyrso iam grandiusculo & lanuginoso: Atque ita miraculo verrucam extabuiffe.

*Septimestris
partus vi-
salis, &
cur?*

Sexto mense solari vitales partus esse, subducta dierum ratione, Hippocrates in suis libris docet. Quid ergo est, quod septem mensium tempus ad vitam desideratur? Hoc quæstione dignum est. Nam sæpè testaments constituuntur

vitalibus partibus, sexto mense solari erumpunt, num legitime decernitur hæreditas? An contra ius hæreditatis ad alios debet pertinere? Dicendum est, sexti mensis solaris extremum in quartum diem mensis Ciuilis & Lunarum qui iam septimus est, incidere, immo in septimum illuminationis & peragratiōis diem, sic vt si eo tempore foetus edantur, non iam sexti mensis esse, sed septimi & ciuilis & lunarum esse dicantur. Maximus autem lunarum ciuilis dicitur, & habet dies 29, & horas 13. & septem solares ciuiles efficiunt septem lunares tribus tantum diebus exceptis. Hoc autem parum differre videtur. Hippoc. lib. 2. Epid. ait, Quicquid in septuaginta mouetur, in triplicitatibus perficitur: Ter autem septuaginta conficiunt ducentos & decem dies. Ducenti & decem dies complent septem menses integros. Quicquid in nonaginta diebus mouetur, in triplicitatibus perficitur, id est, in nouem mensibus. Nam ter nonaginta in se reducta conficiunt dies ducentos & septuaginta, & moueri septuagesimo die, est moueri secundo mense & dimidio; moueri autem nonagesimo die moueri est tertio mense. Quæstio autem maxima est: si Luna morbos acutos moderatur, Sol autem longos, ita vt quemadmodum prima mensis septimana, quæ septem diebus completur, morbus iudicatur acutus & mouetur, ita longus tertio mense: & si prima septimana morbus acutus non iudicatur, in extremum secundæ septimanæ iudicium differri solet, id est, in 14 diem: ita qui longus tertio mense non subit iudicium, is in sextum mensem aut nonum iudicandus venit. Atque id ad motum solis pertinet: iudicium autem acutorum morborum ad Lunam ipsam spectat. Et quod de mensibus dicitur, idem de annis audiendum est. Morbi enim septimo anno iudicantur, autore Hippocrate. Si Luna frigida humida cur spectat ad acutos morbos? Solis enim id proprium est.

Si mas est foemina perfecta, & foemina mas imperfectus, vt opinione Galeni in lib. 2. de femine, & in libris de vsu partium, quæ partes recondentur, temporis successu & caloris vi promittantur, cur mas in die 30 aut 35 perficitur, foemina 42. nam mas foemina fuit, si ratio Galeni inconcussa manet?

*Medicamē-
ta danda dū
humor est in
orgasmo in
obstinatis
morbis.*

Qui inueteratas habent hemicranias, præsertim si non tam per protopathiam, quam per sympathiam excitentur, sæpè aut aëris mutatione, aut diætæ, aut intempestiuo quodam rerum externarum occurso suos veteres dolores experiantur: an iuuat eodem die quo & dolores repetunt valida exhibere medicamenta? Ita enim ferunt dum humores sunt in orgasmo, bonum esse conari aliquid contra obstinatos, contumaces & inueteratos morbos. Et narrant se ab inueterata hemicrania liberatos.

*Hippocr. lib.
de Aëre, &
locis.*

*Astronomia
Medico ne-
cessaria.*

Magna vis astrorum in hæc inferiora corpora: Et maximè eorum vis paret, cum morbo affecta magnam virium iacturam fecerunt. Ideò Hippocr. magnas temporum mutationes diligenter obseruandas putauit. Immo ne medicamentis tum agitanda esse corpora iudicauit. Narratum est à fide dignis Medicis & primariis huius vrbs, contigisse aliquando, vt in defectione solis in manibus curandam Dominam illustrem de Varades haberent. Cum paulò antè eclipsin istam nil tale de ægra cogitarent, in ipso defectionis momento, dum attenti in cœnaculo sublimiori aqua in peluim coniecta defectum ipsius solis intuentur, euocantur statim ad ægram decumbentem, quod ea animam agere videretur. Tantæ tamque subitæ mutationis causa in eclipsin istam referebatur. Sed sole suum primarium cursum repetente, & prout vires acquirebat, seseque aperiebat, ægra vires corpûsque amissum resumebat. Immo obseruatum quoque est, non satis foeliciter mitti sanguinem filente deficientèque Luna. Quod Medicos latere non debet, ne plus apud nos valeat trita vulgarisq;ue, factitandæ Medicinæ via, quam ratio & medendi cautio, legitimis fundata argumentis.

ANNOTATIONES.

- G**AL. *Comm. ad part. 11. sect. 1. lib. 1. Epid. meminit parotidum, quæ exitiales minimè erant quod febrem comitem non haberent, & tumoris œdematosi naturam redolerent, qui propter spirituosam substantiam facile euanescerent: quæ autem sunt propter copiam succorum mulsozum crassorum & crudorum, propter vehementiam acrimoniâque, & febrilis caliditatis abundantiam*

dantiam sursum ad caput delatorum quos natura in aurium glandulas deponit, propter allatas causas periculosa existunt.

2. Huc forè pertinet Aphorism. Coacaram, Febres tertianam referentes erroneæ, in pares dies translapsæ difficiles. At verò Comm. ad part. 25. sect. 2. lib. 1. Epid. Gal. ait, Discrimen statui inter πυρετὸς τελοφουέις, & ἡμιτελείαις, quod illa febres nascantur à bilioso humore, sed lentiore; hæ autem à bilioso subtili & pituitoso. Hæ γὰρ ἐξοχλῶ, horrida dicuntur, & ferè sunt perniciofa.

3. In morbis malignis qualiscumque sit excretio, tamen non semper damnanda est. Nam & bubo pestilens statim erumpens sæpe ad bonum apparet. Vnde Gal. lib. de atra bile narrat Nigras excretiones profuisse & impedivisse, quominus carbunculi apparerent.

4. Hic questio moueri potest quæ maximam vtilitatem agris est allatura, qua vna re Medicus naturæ minister impendio magis delectari debet. An non scilicet bonum sit sanguinem demere, & ante, & post eruptionem variolarum cum ager totus scaber & sædus, Elephantico non dissimilis, & febricitat & fætet, & cutim offartam obseratamque ista scabie, & totum corpus duræ φόρτην habet; & denique carnes corrumpuntur, & quasi in virus istud putre dilabuntur ac colliguntur. Proprium autem est caloris maligni & pestilentis, ut & urat, corrumpat & corpus liquefaciat; urat quidem, quia calor pestilens in carnibus & membranis quasi sensum carbonis vrentis infert, & calorem naturalem depascitur & extinguit, corrumpit, inscit, & nescio quam vim humoribus imprimit, ut Ecchymata, Carbones & pustula appareant, & ex humore miti efferum & malignum reddat, liquefaciat. Id experientia didicimus his temporibus, in quibus seuit in vulgus febris purpurata. Nam qui euaserunt, ferè omnes tabuerunt, liquefacto toto corpore, & profluio alui spontaneo, quasi minimè sentientibus agris: Denique quemcumque humorem attigerat calor iste malignus & pestilens, is omnis excretus est, & non desit febris, donec corpus quasi exhaustum, aridum & squallidum redditum fuerit, sicque remansit sola corporis πύρεξις, solus πυρετὸς. Hippocr. duo obseruat in ea Lib. 3. Epid. immani & communi peste, qua secuta est constitutionem humidam calidam, ventis carentem, & umbrosam, id est, nebulo-

ante et post
variolarum
eruptione
Vena Sectio

tardita: , Iegnitio
XIVEL mouo

offa tumens
XVIIEL Iundo

sam prius, quod ea putredo fuit alia, id est, non vulgaris & solita, sed insolens & symptomatum insolentium procreatrix. Posterius, quod multi tabidi interiêre, Galenus ad destillationem à capite refert. Ego verò ad colliquationem corporis, partim ob calorem pestilentem, partim ob collectionem pravi humoris in pulmone, sicut & in ceteris partibus: Vnde in febribus pestilentibus ob humorum fusionem, facultatum lesionem & humorum pravam qualitatem, item ob caloris naturalis affectionem est $\nu\alpha\theta\rho\tau\eta\varsigma$, & $\alpha\lambda\upsilon\sigma\iota\alpha$ totius corporis, lentitudo, grauitas, eo modo quo in carbunculo partis obseruamus: Nam qua pars effecta est carbunculo pestilenti, ea præter sensum caloris quasi pruna adurentis, grauis est & plumbea; id quod notandum est; sic in pestilenti febre in morbillis, & ceteris id genus morbis qui se affinitate quadam attingunt, est dolor $\delta\tau\epsilon\alpha\lambda\omicron\tau\omicron\varsigma$, & sensus quasi ponderis & grauitatis, ut neutram in partem flecti possit corpus. Vulgus autem Medicorum corporis grauitatem istam ad humorum abundantiam refert, cum id potius ad malignitatem sit referendum. Hæc cum ita sint, videndum qua ratione prohiberi possit, ne iste calor pestilens increseat, & ita corrumpat, urat, tabefaciat liquando, & liquet tabefaciendo, & denique multorum & grauiorum symptomatum factura tandem ad internecionem ducat agrum. Id fiet subtrahendo materiem tanquam pabulum, & statim febrem ipsam ingulando. Sic phlebotomia primo quoque tempore facta id opere pretium adferre potest. Prohibendus enim est iste calor omni arte: nam breui tempore multum propagatur & inaugefcit. Sic si puellis detrahatur sanguis initio in suspitione morbillorum & variolarum, impediatur augmentum febris, cuius calor malefcus, est tabeficus. Et sic fufis liquatisque carnibus nõ ita intumescet corpus, nec fæda scabie maculabitur & inquinabitur: Immo, dum eruperunt, potest etiam detrahi sanguis, quod nos beato quodam successu fecimus & consecuti sumus. Sic enim vna sanguinis detractione plus educimus sanguinis, quam natura foras possit propellere. Interea successu temporis & febris augetur, & corpus quasi in putre serum resoluitur. Accedit quod in morbillis & variolis, immo in peste fiunt excretiones sanguinis $\alpha\upsilon\tau\omicron\mu\epsilon\delta\tau\omicron\varsigma$. Excretiones per os, per vrinæ, per acrimoniam & malignam qualitatem in sanguine ut materia fundatam, qua à paruo incipiens in totam massam prorogata & propagata est. Sic subducen-

do materiam ut pabulum, minuemus morbum, & faciemus quod morbus ipse facit, & natura ipsa, sed coacta. Nam profusiones urinarum immensa proueniunt, & alui profluvia eò utraque progredientia, donec totum ferè corpus tabescat, relinquaturque, ut antè dictum est sola corporis superficies & descriptio: Nec desinit natura eas excretiones moliri, licet sæpè symptomaticas (sed quia profunt ab effectu commendantur) procurare ac promouere, quandiu aliquis humor restiterit. Remanent partes solida, in quarum vi natura ipsa residet ad reliquias naufragij, vel tanquam ultima naufragij tabula. Ergo habita semper virium ratione in morbillis variolis, immo & in peste possumus tuò detrahere sanguinem. Quod nos docuit longa experientia in popularibus morbis, in quibus exanthemata apparuerunt, sæpius iterata venæ sectio, & profusio alui, immo olida proluuies, tum arte, tum natura, tum vi morbi procurata, multos orco eripuit. Hæc paucis, quæ plenum commentarium requirerent.

5. Hoc diligenter attendendum; nam in colicis doloribus seu veris, seu nothis grauitè peccatur à Medicis, dum occurrere volunt symptomati, nempe vomitui. Utuntur enim stypticis foris admoitis. Intereaque si est contumax, aut materia, aut obstructio, vnde stimulus iste ad vomendum, ea rerum talium vsu augetur: Et sic colici doloris causa fit rebellis magis. Id quod huic viro fortè contigit. Et in hoc grauitè peccatur.

6. Et tam celeris excretionis ab assumpto medicamento causa non est ad ea referenda de quibus hoc in loco dicimus, sed quia plerique aut primam regionem biliosam habent, aut cum inordinato victu utantur cruditates habeant, perturbatur facile iis aluus. Maximè verò si $\pi\alpha\rho\rho\gamma\lambda\omicron\iota \tau\grave{\alpha} \acute{\alpha}\nu\omega$. Bilis enim commota aluum ducit.

7. Hippocr. enim lib. de octimestri partu, septimestres dimidia anni parte nasci ait, id est, centesimo octuagesimo secundo die: & sic septem menses complentur, accipiendo dies 26. pro mense.

CONSTITVTIO A V T V M N A L I S

Anni Domini 1574.



ANNO 1574. cum æstas pluuiæ ef-
set, austrina, & autumnus eam
excepisset eodem temperamen-
to, infinitos prehenderunt den-
tium dolores, coryzæ, ophthal-
miæ, tusses, pulmonum affectio-
nes, destillationes in partes sub-
iectas; Immo & nonnullis apo-
plexiæ. Cerebrum ita oppletum
erat, vt vel minima occasione o-

mnes istas calamitates excitauerit. Fugaces dolores omo-
platarum, pectoris, & dolores pleuritici eminentes. Iuuit
non valdè medicamentis corpus agitare: coquere, miti-
ficare serum, quod & copia & qualitate molestum erat.

*Comm. in
Apho. 17.
lib. 3. Apho.*

Quæstio non contemnenda. Cum ischias arthritidis
species sit, quæ fit vt cum aliqua specie alia arthritidis quis
laborat, vt gonagra, aut chiragra, de alia parte conqueratur?
Immo ex Galeno, tum arthritidis dicitur, cum multos articu-
los dolor occupat: Cum autem ischiade tenetur, aliæ par-
tes consimiliter non afficiuntur. Quanquam in quibusdam
aliter à nobis obseruatum est. Sed vt plurimum ita fit.

*Arthritici
libidinosi,
& cur?
Ideo Arthri-
tis fingitur
filia Veneris
& Bacchi à
pœtis, vo-
catûrque
μυωμένης.*

Vulgò obseruatur arthriticos valdè esse libidinosos, &
congressum appetere valdè: quanquam podagra cum suis
germanis sororibus libidinosorum pœna vulgò statuitur: &
pueri ante vsu rerum venerearum podagra non laborant.
Illius rei causas duas naturales constituunt. Vna est exerci-
tatio in ludo palæstræque venerea, quò fit vt vasis dilatatis
testibusque semine turgentibus vix capiat obliuio tam iu-
cundæ rei etiã in clamoribus doloribus. Secunda, quia ar-
thritici coguntur cubare supini, & incalfacta spinali medulla
turgescunt facillè testes. Tertia est, quod cum videant ar-

thritici crapulam vino rursus egregiè hausto, tanquam legitimo remedio, in ebriis tolli, & ictos à scorpiis ab iisdem solitos remedium petere, quæ Venus arthritin attulit, eadem videtur posse tollere. Quartò illud Hippocr. Ad frigidos & incrementos morbos *μῆσις*, id est, veneris usus. Quintò præ dolore pedum aut coxendicis est magna humorum *ἄρροπία*. Sextò abundant arthritici fero multo acri.

6. Epid.

Si inflammatio articulorum in arthritide non nisi intra diem quadragesimum sedatur, quod nervorum, chordarum, tendinum ea sit natura, ut ægre admittant humorem, & admissum dimittant, quæ sit ut pleuritis morbus acutus, sit cum sit inflammatio partis nervosæ, membranosæ, frigida & spermatica? Nam Gal. Comm. ad Aphor. 40. lib. 5. dum loquitur de mammarum adenibus ait partes spermaticas crudiores & frigidiores sanguinem facere. Immo & Galenus docet, cur peripneumonia à quovis humore fiat, non tam facile pleuritis, quod membrana non facile humorem admittat, ut pulmo.

Gal. com. in Aphor. 49. lib. 6.

Aëtius ca. 8. serm. 4. Tetrab. 3.

Pilulæ ex rheo, maza pilulæ sine quibus & castoreo veteres, & consummatas ferè gonorrhœas, & fœdos colores, & muliebrem fluorem profligauerunt.

Nobilis mulier pudicitiam suam prostituerat, uteròque conceperat. Conceptus ferè trimestris aut bimestris, cum de ea re nulli suboleret: Fortè cum ioco multa faceret patereturque, in vicinum lectum coniicitur. In eius ventrem incidit iuuenis, qui impetu lapsus, & sua ipse mole opprimens, tantam utero vim intulit, ut elisus fuerit fœtus. Ingens copia sanguinis fluit. Qui aderant nil tale de conceptu cogitabant. aduocatus Medicus, de amissa pudicitia ne cogitare ausus, totum id ad pressum istum referebat. Ideò rogatus ut omni ratione sanguinem cohiberet, & supprimentia, & sectionem venæ recens enixæ adhibuit. Sequenti die rhabarbarum præscribit. Nihil inde alienum consecutum. An urgente necessitate recens enixas ad solennia remedia adigere audebis?

Cum curabis ægrotantes qui olim nephriticis doloribus obnoxij fuerint, aut iam etiam oppressos obsessosque renes habeant, caue decipiaris in iudicandis vrinis. Sæpè enim hæc fallaces sunt & Medicos decipiunt.

Nephriticorum vrina fallaces.

3. Aphor.


*Doloribus
pectoris à
flatu nocet
phleb.*

Dum sævit hyems dolores pectoris & lateris sæpissimè grassantur. Immo & tertio aphorismorum inter hyemales morbos numerantur lateris dolores. Qui sæpè à flatu crudo & frigido in pulmonem thoracémque ducto oriuntur: & mendax est id quicquid est. Ad id festinanter Medici phlebotomiam præscribunt: & id temerè. Potius valet vsus lituum & thermaſmaton. Hic grauiſſimè aberratur vsu & experientia parum probanda.

*Hyeme non
sunt uſur-
panda vali-
da medica-
menta.*

2. Aphor.

Mirum illud est, hyemales febres, quoad sensum externum pertinet, mites esse & mansuetas: sed si sitis, linguæque ariditas spectetur, aliud multò nobis apparet. An non retruditur intrò calor, copiâque augetur & qualitate? Internæ partes æstuant. Non tantæ iactationes, quantæ æstate, sed quibus viscera sunt præcalida, in iis multus æstus intus multus squalor. Et quod vulgò dicitur, verum non videtur, vt hyeme validissima medicamenta præscribantur. Nam si multum calida sint, adaugebunt intestinum illud incendium, immò & leientericum quid efficiunt, non sine ægrorum damno. Sic expectanda ibi, si quando aliàs, concoctio est. Si habeatur humorum quidem ratio, validis utique medicamentis locus esse debet. At quia superficies intestinorum æstuat ob reuocatum intrò calorem, verendum ne adaugeatur incendium calore medicamenti. Et si quando valet illud, *πέπρωτα φαρμακείων*, illud ad hyemales morbos referendum. Dum enim rationem reddit Galenus, cur morbi hyemales sint longi, ad contumaciam humorum id refert, & quia nil in corpore foras protruditur, sed abstrusum reconditumque intus est. An igitur calidissima medicamenta hyeme vsurpanda? Nequaquam.



CONSTITVTIO HYEMALIS,

Anni Domini 1574.



VM Hyems anni 1574. cuius pars media incurrit in annum 1575. austrina fuisset & *εὐδρος*, nec *ἀγρία* *ἀσπείρα* fuissent, morbillorum, variolarum, punctularum, exanthematon, rubiolarum magna ilias fuit. Vulgò obseruantur maculae rubrae, punctulae (vt vocant) cum tanquam pulicum morsus apparent, ecchymata, quae putamus eas esse liuescentes maculas, quas purpureas vulgus vocat; variolae, & rubiolae. Maculas saepe in morbis vidimus, in quibus ingens erat aestus partium interiorum, & illae aliquando disparent citò, aliquando ad tempus aliquod, sed breue, consistunt. Ferè ad rubiolas accedunt. Sed rubiolae diutius manent, & sua habent tempora, & pathognomica. Et ex his quaedam sunt superficialia, aliae non ita humiles: Item aliquando praecurrunt febrem manifestam, aliquando febris sunt comites, id est, quarto aut quinto, aut sexto, aut alio die apparent. Et haec sunt deteriores, & pessimae, nisi febris conquiescat. Consuli Seguierio cum dolorem praesentiret, & quendam extraneum calorem, cum è Senatu rediisset, statim totum corpus erubuit, & rubiolis est contaminatum: Et hoc non ita formidandum. Vxori Bodini & Lyssaei febris praecessit: illa septimestrem partum excussit vi morbi, eodem modo maculatum, quo & mater. Haec nono die morbi, qui dies septimus erat ab exacerbatione, nonus ab inuasionem. Nam febris videbatur intermittere, cum multa sanguinis copia falsum (vt vocant) germen exclusit, vi & morbi & naturae, cum tamen maculae ardorem amisissent. Haec sunt rubiolarum argumenta, febris modò ad manum mitis, modò

*Rubiolarum
signa.*

acerrima, iactatio & inquietudo corporis, membrorum contractio, ἀλισμός, modò ἀνέμετος modò γαυπάδης, tum affecto ore ventriculi, tum ob malignam qualitatem. Oculi lachrymabundi, propensio in somnum, & tamen dormiendi impotentia: Et idcirco maximè vix in somnum impendent, quod is facilè interrumpatur ob tussim. Inter παθογνωμονικὰ enim tussis, oculorum ardor & flagrantia (vt sic dicam) raucedo cum iactatione, numerantur. Alia affidentia & communia. Appetit enim maximè partes superiores malum, & pulmones arteriâque aspera facilè patiuntur. Vnde vuulæ inflammatio multis, & deglutiendi difficultas, angina quædam ficca (vt vocat Hippocr.) per erysipelatoden phlogosin, suffocatio inde: multis & parotides comites sunt, & præcedunt, & sequuntur. Quæ non sunt ita metuendæ, si non orientur per translationem à partibus inferis, sed tantum per exonerationem ipsius cerebri. Vnde vni ex istis mulierculis nuper numeratis, cum æstus esset maximus, oculorum erant lachrymæ perpetuæ, & dolores in oculo profundi, immo & coryza, & aurium dolor. Sed hæc à capite erant. Inter cætera siccitas in lingua maxima est, & implacabilis fitis cum ἀνορεξία. Lyssæi uxori quæ imprægnationem falsam habebat, præter morem rubiolarum in ventre & thorace, & inguinibus maculæ & ardentes notæ paruerunt, nullæ ferè in facie: vnde metus erat ne in utero inflammatio conciperetur. Quod facile potuit contingere, quia concursus fuerat multus sanguinis inanis in uterum. Et miror cur id non contigerit. Deiectiones albebant, & suppressam bilem indicabant. Quibuscumque grauidis rubiolæ oboriuntur, abortionis metus est. Id experientia docuit.

Illud medendi magistri obseruauerunt, in falsa imprægnatione cum aperto utero exclusio fit, consequitur quintuplo maior excretio sanguinis, quam in vero partu, aut vera fœtus abactione, sed abortiua. Vnde hoc?

Visæ sunt mulieres molam excreuisse, & quarto post mense verum exclusisse fœtum: & quædam verum habuisse partum, deinde longo post tempore velut molam excreuisse: vt contigit Damisellæ de Bryaco, quæ cum ferè egisset à partu dies 20. molam quandam exclusit. Idem vide

vide penè apud Hippocr. 5. Epid. Cum falsum germen excussum est, ne quiescas, donec pro còperto habeas num aliud restet, nam tria aliquando excluduntur. In hoc metu obstetrices ne astringentibus vtantur, sed aquam calidam supponant ex decoctione fœni Burgundiani, vt notum sit num aliquid reses sit & superfit.

In rubioliis, tametsi fitis vrgeat, cauendum ne potus sit frigidus. Quia cum corpus impurgatum est, & obstructum est, vsu frigidaè augetur obstructio, & sic motus venenatae materiae impeditur.

Rubiolaè accedunt ad erysipelatis naturam, morbilli seu variolaè ad herpetem miliarem.

Quis fit vt plerique diu decumbant aegrotantes, quibus omnes partes internaè ferè putrent & ἀσπυροειν patiuntur, alij quibus sanæ sunt partes oborto morbo facillè intereant. Declarauit Dominus de Hodeuille, & vxor Domini Merlæi, cui vtrique partes & earum parenchyma computruerunt. Idem vxori Putrini Notarij contigerat, & nesciebant quomodo tum valetudinaria foret, cum speciosa fatis esset. Totum internum corpus putruerat: ac verè sepulchrum erat dealbatum. Quia in illis nutritio fit spiritualis, vt sic loquar, & per quandam ἀσπυροειν & halitum, vt tandiu maneant, quandiu spiritus recreantur. Quanquam si morbus validus esset, statim interirent. Sed non tam aegrotant quam languent. Vt eorum morbus non aegrotatio, sed languor appelletur, corruptis nimirum & resolutis partibus, & officium suum deferentibus. Et diu resistunt, pote morbo fatum non accelerante, sed sensim mole corporis, & partium compage dissoluta. Superstitibus, spiritibus minimè illustribus, qui euehymia alimenti superfluat & recreantur. Declarat facilis eorum ἐκλυσις. Nam si vel tantillum mouentur, animo linquuntur, & ἐκλύουσαι; verè autem syncopen non patiuntur, alioqui statim interirent.

Abbatissæ duæ visæ sunt cancro in mammis laborantes, quibus sanguis cancerosam naturam acquisuerat, cum appetebat vterum, menstruus oriebatur fluxus, qui non facillè consistebat. Et mammae detumebant, & videbatur cancer mitescere. Suppressis mensibus, mammae intumescabant.

Visa est mulier cancerum in mamma habens: huic, cum

H

*Plerique diu
superstites
manent praesente partium
putredine.*

annosa foret, menses desierant. Tamen quadam periodo habebat cancer mammæ, & tantus erat sanguinis effluxus, ut eo tota perfunderetur.

*Corporum
era & ad
tabem pro-
pensa hidro-
tica non
ferunt.*

Cuidam semen luis venereæ nondum erat extinctum. Macruerat planè. Tabis magna suspicio. Quæsitum an ad diætam & decoctum adigeretur. Non est visum utile. Litus ex mercurio blandus & suffitus est institutus. Conualuit. Nam anima morbi non alio remedio erat tollenda. Alioqui vsu hidroticorum in mortis periculum coniectus fuisset.

Duos hos versus mandare memoriæ oportet, quibus explicatur temporum varietas & dierum, quibus Natura in concepto coniectoque in vterum semine vim suam prudentiamque exercet, atque explicat,

„ Sex in lacte dies, tres sunt in sanguine terni,

„ Bis seni carnem, ter seni membra figurant.

Id est, sexto à conceptu satùque die id quod in vterum coniectum est, totum lacteum apparet. Ad decimum quintum verò diem, si fortè effluxio fit, iam affuso sanguine semen perfusum est, ita tamen ut carnis species non referatur. Sed satis apertum est ipsius carnis argumentum die vicesimo septimo, sanguinis ipsius affusione, morâ ac coactitu. Quadragesimo autem ductis iam lineis partium omnium, membrorum coaptatio conformatioque apparet: Ac tunc ad animam cœlitus infusam idoneum relinquitur receptaculum.

2.

Sectus quidam nobilis est à lithotomo: extracti sunt lapides tres. Mirum est quod illi contigerat. Nam ante annos triginta aut quadraginta ita pigra aluo erat, ut ea non solueretur, nisi clysmate, aut alia arte. Huius rei causas varij machinabantur. Sed cadaveris apertio rem aliter habere demonstravit. Nam intestinum ieiunum ita angustum & cartilagosum deprehensum est, ut vix per illud chylus deflueret. Itaque diu morabatur in eo, tum propter angustiam, tum propter impeditum motum peristalticum. Quod notandum est.

*Coarctatio
ieiuni inte-
stini carti-
laginosi cau-
sa adstrictio
in alui.*

Queritur ita: Si corpus purum est & apertum facile

fuscipit & attrahit contagionem ab aëre. Nam hic facilius subit corpus patens, quam obstructum occlusumque. Sed quâ ratione aër corpus subit per arterias? Nam aut attrahunt aërem & qualitatem venenatam dum contrahuntur, aut dum dilatantur. Neutro modo. Non enim dum contrahuntur, expellunt enim potius. Neque dum dilatantur. Nam dum dilatantur, cor contrahi videtur, ideo non expicit ab arteriis dilatatis.

Quomodo fit paralysis? per obstructionem, inquires. At obstructio est corporum caurum. Nervi non sunt caui. Ergo per eorum obstructionem frigidi affectus non oriuntur. Relinquitur vt per obturationem id fiat. Obturatio verò est osculorum vasorum. At obturatis vasis non potest impediri affluxus facultatis; immo ne spirituum quidem. Quid itaque restat?

Solebat Fernelius post vsum medicamentorum purgantium, præsertim rhabarbari, & eorum quæ residuam aliquam siccitatem faciunt, dare magna satis copia syrupum violatum aqua dissolutum. Et hæc agendi ratio probatur valdè.

Syrupus violatus post purgantia medicamenta.

Aurelianensi mercatori perfugæ à destillatione ferina dolor vehemens oboritur ad claviculas: hic suppuratum. Cum releuatus à morbo videretur empyicus factus est. Pus cuniculos ita egit in thoracem & ventrem, vt sex septemque emissaria fecerit. Tamen inde miraculo conualuit.

An tutus aloës vsum in iis quibus hepar calidum est? Hepar ipsa aloë non transcendit ac superat, nisi in maiore sit quantitate, ait Gal. Itaque vix vllum incommodum sequitur in talibus ab aloë. At eodem in loco ait Galenus, nisi multæ obstructiones sint præuix, in quas aloë agat, si hepar calidius sicciusque fuerit, magna inde clades sequitur.

In Cap. 2. li. de compos. Medic. secundum locos.

Mirum illud quod aliquando à veteribus obseruatum est, rigores inanes & qui frustra fiunt, translationem ad caput afferre solere symptomaticam. Quod in Domino de Grosbois deprehensum est, cui cum periodice essent horrores, illi aut arte, aut casu cessantes comatosam in cerebro dispositionem attulerunt. Id quoque verum perspicitur in Monspellulo satellite Regio, cui dolor cum æstu summo caput occupat incuntibus paroxysmis,

Rigores aut sudores inanes translationem ad caput afferunt symptomaticam.

cum non oboriantur rigores qui oboriri debent. Nam cum rigores isti apparebant, nihil tale contingebat. Id quod de rigoribus dicitur, idem de sudoribus audiendum. Nam cum vel arte, vel vi elicitur sudor corpore adhuc pleno, quoniam exprimitur vi quadam, si sit inanis, aut si frustra elicitur, translatio fieri potest ad caput. Id quod verum esse experientia comprobavit.

*Rheum nisi
ritè præpa-
ratum in-
ferens au-
get.*

Rheum barbarum aut similia præscribunt plerique initio morborum, etiam cum summa obstructio est: an hoc commodè fit? Nequaquam. Nam malum exaugetur. Tamen quidam ex nostratibus aliam rationem vtendi rheo barbaro innocuè, & citra obstructionis augmentum excogitauerunt. Macerari iubent taleolas rhabarbari in lib. j. aquæ, additis cinnamomo & passulis. De ea aqua uncias sex aut octo præbent. Tale decoctum vias & meatus, anfractūsque mesenterij facillè penetrat, nec eo modo obstruit, quo cum eius expressum parua quantitate exhibetur. Et tale decoctum proficit plurimum in iis quibus mesenterium obstructum est, & vligine plenum.

Ad purgationem puerorum idem ferè conuenit. Nam in magna aquæ copia maceratur, aut sena, aut rheum: Deinde ex ea aqua paratur aut decoctum instar ptissanæ, aut simile aliquid: Deinde mirifico profectu vsui datur.

Ioanni Formagio febris quartana. Eum diurnitatis pertæsum est. Ad eam abigendam, Empiricorum consilio, paratum destillatum aceti in alambico extracti, infusionis micæ vnius panis. Huius liquoris haustum vomitus est insecutus. Febris quieuit. Sed ista quies & fucata cessatio maiore malorum cumulo ægrum locupletauit. Nam totum corpus scabie infectum est: Ischias insecuta: articularum dolores, immo & arthritidis ipsa. Sic istorum malorum pullulatione nouit, quanti referat contumacis obstinati que morbi cursum interrumpere velle.

*Melancholici
edaces rati
ob acidum
succum in
ventrem per-
tas breuis.*

Cur arthritidis & quartana Medicorū vulgè censetur opprobriū? Cur melancholici edaces sunt? Melancholicos passim edaces esse censuit Galenus, quod à corpore lienis resuat per vas venosum in ventrem ipsum succus melancholicus acidiusculus, proritandæ appetentiæ accommodatus. Sed & alia ratio reddi potest, cancrosa dispositio in liene: vt quibus

lien putris est & corruptus. Duabus enim de causis isti ^{resistentem,} sunt & voraces & edaces, tum quod lien laborans & in- ^{tum ob can-} firmus non defæcet corpus à succo melancholico, tum ^{crofam in} quod instar cancri depascatur alimentum. Sed si hoc ve- ^{liene dispo-} rum est, cur quibus in pulmone vlcus depascens conce- ^{tionem.} ptum est, hi melancholicorum, more vitio lienis laboran- tium, cibi & potionis non sunt valdè appetentes? Præclara quæstio: De iis quibus putris & vitiosus erat lien, & edacitas summa erat, patet exemplo Caroli d'Heruille Pallea- quæi, & Ioannis Formagæi, cui utrique putris erat lien, & edacissimi erant. Nec ab iis longè abest Doursæa præses, in qua malè affecti lienis argumenta multa sunt, accedit & ista lupia regioni lienis adnata. Melancholicos istos & lienis vitio laborantes capparum vsus iuuat, & vini vsus cum pane infriato, & oleasarum rerum vsus.

Isti Ioanni Formagæo, de quo supra, mirum quod contigit. Nam derepente ab aneurysmate interiit. De eo amplius dicetur in historiis nostris.

Ruzæo Cantori incredibile quod contigit. Pedis pollex doluit, & inflammatio erat, moxque liuescere pars videbatur. Istud negligebatur initio, cum tanti esse non arbitrarentur. Mox intacta cute, nullaque manifesta mutatione in superficiem incidente, serpsit ita subtusque cuniculos egit malum, vt omnes penè tendines & neruosas partes, quæ illic plurimæ sunt, corruperit. Tunc cum septicam istam qualitatem malignumque humorem deprehenderent Medici, cutim inciderunt profundè, vt putrenti humori via pateret. Et quod mirum, magis idem in thora- ce contigit, vt coacti fuerint Medici totam carnem costis obstitam incidere. Tandem *σφακελώδης* interiit. Hoc veteres obseruauerunt, ac præsertim Hippocrates in Epid. de eo cui pes ex pollice dolere cœpit, & pustulæ nigræ apparuerunt, qui secundo die morbi delirus & insanus pe- riit: Et de Caluo, cui dextram femur derepente doluit, & dolore circa tertium diem desinente, insaniit; Quartòq; interiit. Vbi annotat Galenus, animaduertendum esse in do- loribus istis repente oborientibus ne quid procatarcticum sit, vt ne offensa fuerit pars, contusa aut læsa noctu fortè fortuna. Nam in eiusmodi doloribus ait; *Nec precipitanter*

Histor. 5. sectio. 3. li. 9. Epid. & Histor. 9. sectio. 3. lib. 1. Epid. Et Com. in par. 17. lib. 2. Prorrh.

timidum, nec temerè securum Medicum in istis doloribus esse oportet.

Illud vulgò dicitur, aliàs catarrhum febrì præcurrere, aliàs febrem catarrho occasionem esse: Atque tum aliter atque aliter sese gerere oportet. Quoties catarrho febris coniuncta est, si externæ causæ excusatio nulla afferatur, febris ipsa catarrhi autor esse dicetur. Atque tum videre primùm oportet, quod ab Hippoc. scribitur lib. *πρὸς τὴν ἐξέσιν*, & lib. de morbo sacro, vbi docet per *διάχυσιν*, in cerebro fieri deriuationem pituitæ à partibus supremis ad partes inferas, declarat multæ vrinæ eiusque tenuis excretio. Si febris catarrhum prouocat, in febrem incumbere oportet: At si catarrhus dum in vasis humores conturbat calorémque alienum excitat, & proinde febrem, febris negligenda. Symptomatis enim rationem habet.

Galen. Com. ad Aphor. 15. lib. 6. vbi videtur omnem è pulmone excretionē valde damnare. Fernelius contra ca. 10. lib. 5. Path.

6. Andreae Baillæo Consulis Regij filio, annos 20. nato magna sanguinis per os reiectio. Valdè pulmonibus metuitur. Omni arte pulmonibus studetur. Fortè fortuna dum hypochondria manu blandè continguntur, pulsus percipitur, ac veluti *παλμός τις*. Necnon ab hypochondriis decurrentis sanguinis ac partes superiores affectantis cursus percipiebatur, ac si manu sanguis duceretur. Prout partes superiores petebat, horror quidam excitabatur: at tum confertim reiciebatur è pulmonibus. Talis reiectio erat hæmorrhagiæ loco, quæ iuuenibus erat familiaris. Reiectis tum præfidiis quæ pulmone dicabant, conuersum est ad hypochondria studium. Expurgata innumera colluue prærepta est ei reiectioni sanguinis occasio. Quod notandum valde est.

In accessionibus, contra præceptum Hippocratis, dare cibum oportet biliosis, quibus os ventriculi biliosis humoribus tentatur facilè & exquisitioris sensus est, febribus syncopalibus laborantibus: morbo extenuatis, & famelicis melancholicis: alioqui facilè eis linqueretur deficeretque animus.

Mola & ementitaim-prægnationis signa.

7. In falsa imprægnatione aliàs mola excernitur tertio aut quarto mense, tardiùs celeriùsque, aliàs semen, quod iustam figuram coaptationemque membrorum, vi prolifica

euanescente, non est nactum. Cum falsum est semen seu germen, vt aiunt, falsaque & eumentita imprægnatio est, secundinas expectare oportet: Sed cum mola adest secundinæ, nullæ sunt. Itaque hoc valdè diligenter distinguere oportet, ne aut tardiùs fluentem sanguinem reprimas, aut citiùs quam opus sit. Si de secundinis retentis suspicio est, caue sanguinem sistas. Cum falsum germen est, id quod excernitur lacteum, & veluti innatans esse videtur: cum mola est, corpus informe & indigestum apparet: vt Aduocati Guerardi vxori contigit, quæ cum larga sanguinis effluxione quadrimestrem molam exegit. Sed miror cur non passa sit purgationes pelliculosas & cassibus araneorum similes: cum Hippoc. dicat iis mulieribus cum pepererint, tales fieri excretiones, si dum gestarent tumidiusculæ fuissent, aliàs atque aliàs febriffent, caput doluissent, &c. Quod huic mulieri maximè contigit. Hippocr. 1. de morb. Mulierum.

In iis defluxionibus quæ repentè & affatim in faciem incidunt, præsertim si fauces appetant, vide vt quamprimum emissarium in os ipsum moliaris: Alioqui repentè suffocationis metus ingruit: Griffonis vxor satis apertè id declarauit.

Cum obstinato animo dolores oculorum & ophthalmias diuexare conspicias, ne obstinatè contra malum pugnes: sed remissionem aliquam & inducias aliquas naturæ concede. Verum enim conspiciamus quod à Celso dictum est, Oculorum morbi frustra multis remediis vexantur, per se ipsi sanescunt. In Nauarrhea domo qui puer decumbebat, satis apertè id declarauit. Ac de eo comperimus illud verum, quod Hippocrates scripsit; Oculi lippientes optimè permutantur, si & lachryma, & sordes, & tumor simul fieri inceperint. Si verò lachryma sordi fuerit admixta & non valdè calida, sordes autem alba fuerit & mollis, & tumor leuis solutus: si hæc ita habuerint, oculus conglutinabitur ad noctes vt doloris expers sit, atque hoc modo res minimè periculosa fuerit ac diuturna. Si verò lachryma procedit multa & calida, cum paucissima sorde ac paruo tumore, atque hoc tantùm ex altero oculo, tunc diuturnum valdè malum fuerit, verum non periculosum.

Oculorum morbi frustra multis vexantur remediis.

Lib. 1. Prorè

Et doloris expers est hic modus & iudicationem expectare oportebit ad vicesimam aut 40 diem. Ratio horum dictorum in promptu est.

Seruo cuidam Nobilis Sueffionensis per dies aliquot è naribus sanguis noctu diuque fluebat. Ad ætatem hæmorrhagia ista referebatur, ac nulli mouebat vilius mali euentus suspicionem. Expers febris non erat. Tandem victus malo, cum reliquos dies egisset ὀρθοκράτω, decubuit, febris ad manum mordax & validissima. Nox implacida. Mane cum desideret & desurgeret ad desidendum, laxatis veluti fibris, sursum deorsumque excreta sunt multa fœtencia: Et vomitio erat humorum viridium. Pulsus concidit. Hora duodecima repente interiit. De eo verum est, quod Galenus scripsit quodam in loco. Excretiones omnes fatentes sunt perniciosæ. Et mirum non est, si denuo non fuerit accensus calor, quod per febrim naturalis calor consumptus penè fuerat, licet vno die tantum vehementia ista febris apparuerit. Nam Galenus dum reddit rationem, cur Pythion secundo die morbi factus fuerit βεβαίως, cum magnus & frequens spiritus esse deberet, scribit; Cum hîc non sit magnus & frequens spiritus, qui ratione febris adesse deberet: Respondemus, ait, primo quidem die calorem febrilem per putrescentes humores accensum, & febrilem ipsum digestum esse, relictum verò natium adeo infirmum, vt iam prius antè extingatur, quàm denuò febrilis accendatur, veluti feruifactis qui computrescerent succis. Atque de eo verus Aphorismus; Quibus ex morbo acuto, aut vulnere, siue quouis modo alio extenuatis nigra bilis, siue velut sanguis niger desubter exierit, postridie moriuntur. Extenuatus erat porrò sanguinis profluuium: Et quod de excretionem atræ bilis aut veluti sanguinis nigri dicitur, idem, meo iudicio, de alia excretionem, quæ corruptionem partium indicat, potest confirmari.

Cum lichenes, aut lepræ, aut leucæ apparent in corporibus nostris, an sunt in numero morborum hi affectus nominandi, an sunt partium mandantium mittentiumque abscessus tantum? Placet quibusdam vitia hæc morbos esse per se cutis, nec recurrendum esse ad partes

inter-

*Historia 3.
sect. 3. lib. 3.
Epid.*

*Aphor. 21.
lib. 4.*

internas, nec has validis medicamentis fatigandas esse, tanquam fomites horum morborum, cum cutacei affectus sint, utpote corruptione alimenti in vltima assimilatione. Immo volunt in Elephantiacis spectandum esse illud vitium externum, nec penitius agendum esse, quasi totum corpus internum prius elephantiacum factum sit, quam externa facies corporis contaminetur. Quæ opinio fuit Archigenis apud Aëtium, huius hæc verba: Elephantiasis non solum ob id grauis est, quod indissolubilem habeat structuram & apparatus, sed quod principia generationis ferè ignota sint. Cum enim circa superficiem eius signa apparent, tunc non gignitur, sed perficitur, intus à visceribus factò initio, & progressu vsque ad cutim dilatato. Quare non est absimile tumentes eminentias etiam in internis oboriri. At huic opinioni refragantur, quasi fieri possit ut tam fœda cutis infectio contingat interiore corpore non infecto. Ut etiam ictericus quis fieri potest, puro existente corpore interno: Ac si vernaculo proprioque partis vitio alimentum suum corrumpentis hoc contingat. Vnde Hippoc. Vbi fauces ægrotant, aut tubercula in corpore nascuntur, deiectiones inspice. Si similes sanis, tutum est corpus alere. Sic interno corpore puro existente progerminant tubercula in cute. Fortè & huc pertinet locus de latis pustulis & pruriginosis cuiusdam Simonis, cuius vitium erat tantum cutaceum: Sed omnium apertissimè Hippocrates de his scripsit: Impetigines & lepræ, & vitiligines quibus quidem pueris aut iuuenibus quippiam horum fuerit, aut paulatim conspectum in multo tempore augetur, his non putare oportet tale esse, id est, eiusmodi eruptionem esse abscessum, Græcis ἀπόσπασιν, sed morbum. Quibus verò horum quid factum fuerit multum & de repente, hoc sane fuerit abscessus. Fiant autem vitiligines ex lethalibus morbis, ut est tabes: lepræ verò & impetigines ex morbis ab atra bile. Hic locus valdè præclarus est, & hunc sensum habet meo iudicio.

Lepra, vitiligo, impetigo tribus modis in corpore apparent. Vel enim tanquam morbi sunt, vel tanquam abscessus, vel ut tertium quid apparent, id est, quod ambigat inter morbum & ἀπόσπασιν, ut paulò post dicemus.

Cap. 110.
sermo. 1.
Tetrab. A

cc

cc

cc

cc

cc

In morbis
cutaneis ha-
benda ratio

partium in-
ternarum, à
quibus pri-

ma mali
labes oritur.

Apho 15.
lib. 2.

cc

cc

cc

Part. 30.
sect. 2. lib. 5.

Epid.

cc

cc

cc

cc

cc

Li. 2. Prorr.

9.

I

Exempli gratia ; Socrates cum olim cutim nitidam puramque habuisset, sensim illa mutari cœpit, deflorescere, conspurcari, aut exalbescere, aut scabritie exarari, sic vt contra vim remediorum serpat virésque acquirat malum ipsum: tunc non dicetur abscessus, ac si morbi cuiusdam consequens existat, sed verè morbi nomen merebitur, vtpote contractum malum ex praua alteratione alimenti in superficie, & totius substantiæ vitio. Ac tunc in externum illud vitium incumbere oportet, non laceffitis per medicamenta purgantia partibus intestinis. Nam ipsius mali ὑπαρξίς, ἡ ὄρα, καὶ ἡ ψυχὴ, id est anima ipsius morbi in corpore externo consistit. Sed si ista efflorescentia eruptioque (nam nomen ἐξαιθήματα ἀπὸ τῆς ἐξαιθέως, ductum generaliter amplectitur quicquid aliquo modo in cute existit, emergit ac efflorescit:.) Derepentè contingat καὶ ἅλεις, id est, ἀπόρας, confertim ac simul ferè totum (vt sic dicam) non morbi, sed ἀποράσιος appellatione donabitur. Vt cum vel die critico, vel non critico, præeunte febre, auruginoso calore cutis maculatur, abscessus esse dicitur, non morbus: Item cum aut vitio hepatis aliquo, aut immoderato hauſtu aquæ in caſo abdomen derepentè ac confertim intumescit, non morbus, sed ἀπόρασιος vocatur. Sin sensim intumescat, tametsi fortè in partibus imis vitium latens sit, à quo principium malum duxerit, abdominis morbus, non abscessus dicitur. Eodémque modo videmus multa in cutim efferri, quæ dubitamus an sint vt morbi existimanda, an vt symptomata, an vt abscessus, vt tempore austrino aut pestilenti cum morbilli erumpunt vaganturque & variolæ, & id genus reliqua, aliàs vt morbi, aliàs vt abscessus sunt. Cum aut incipiente febre, aut aliquando febre nondum apparente, aut paulùm progressa febre cutis pustulis istis inducitur ac inficitur, quibusdam veluti initiis ac rudimentis modò in ventre, modò in thorace, modò in facie apparentibus, talis eruptio morbus dicitur: ac reuera febris quæ tum adest symptomata, non essentialis esse dicitur. Sin die critico prouectaque febre eruperit aliquod tale ἐξαιθήματα, vt Hippocratis more loquar, non morbus, sed abscessus nuncupetur. Atque ideo Hippocr. in historia de

Pythione aut de Sileno narrat octauo die eſthymata pa-
 ruiſſe, quæ non profecerint, tantum mortem diſtulerunt,
 quæ paulò ante aduenire debuiffet: ſed tali excretionẽ, li-
 cèt & toto excretionis modo, & natura ipſa ſymptomati-
 ca fuerit, natura aliquatenus recreata eſt. Atque iſta eſthy-
 mata in abſceſſuum numero erant reponenda. Galen. in
 Comm. ideo ait non profuiſſe iſtam eruptionem, quod ea
 non fuerit analoga, nec digna morbo. Oportet enim ἀξιο-
 λόγως eſſe abſceſſus, ſi modo ſint profecturi. Hippocrates
 illo loco τῶν ἀεθρητικῶν ſuis definitionibus ac diſtinctioni-
 bus rem totam determinauit: Tria proponit vt explicet,
 quomodo vitiligo, aut impetigo (quod idem de cæteris
 affectibus audietur) dicatur morbus; Primum eſt, *ſi pueris
 aut iuuenibus vitij rudimentum apparuerit*; Secundum, *ſi
 paulatim conſpiciatur*; Tertium, *ſi multo tempore augeſcat*: Ac
 ſi dicat, vt cutaceum vitium dicatur; iamque & fomite &
 femine mali in cute ipſa exiſtente cutis morbus credatur,
 tria maximè quærentur, vt iam olim quædam primitiæ
 morbi ac incunabula apparuerint, vt eius creſcentis aug-
 mentumque capientis notæ conſpiciantur; denique vt pro-
 greſſu temporis ſuam perfectionem abſolutionemque acci-
 piat. Quod in vera Elephantiaſi maximè conſpicitur. Con-
 trà vt abſceſſus & nomine & notâ characterèque inſignia-
 tur, quærentur alia tria tribus ſuperioribus contraria, vt niſi
 olim aut puero, aut adoleſcenti apparuerit, vt repente
 oboriat, vt multum, id eſt, ἀφρόως id fiat. Tunc enim
 ἀπείροισιν vocabis ac ſymptoma, vtpote cuiuſdam mali la-
 tentis ac inteſtini ſobolem ac argumentum. Sed in funeſtis
 morbis, vt in phthoe, & cachexia conſummata ſi fortè aut
 vitiligo, aut aliquid vitiligini impetiginique ſimile appa-
 ruerit, (vt nos in phthificis, modò pedes & faciem valdè
 intumuiſſe vidimus, modò totum corpus, ac ſi ὑπὸ πνευματικῆς
 fuiſſet) illud tanquam promiſcuum erit, vtpote & ad ab-
 ſceſſus, & ad morbi naturam ſimul accedens: ſed propriè
 ſymptoma vocatur.

In febris continuis cum ſanguis διρπῆι, vt loquitur
 Hippocrates, id eſt, ſeroſam naturam acquirit, vt humidi-
 tas naturalis ſanguinis quæ blanda eſt in ichorem & ὄρρον
 vertatur, vnde orgaſmus & incitatio, & dolorum ſubita ori-

In vena cephalica & naribus sincerus sanguis sæpè fluit : at qui è basilica detrahitur magis corruptus est.

12.

Caphura coëundi impotentiam adfert.

go, si detrahitur sanguis bis terve è brachio, illaudabilis vitiosusque apparet in vasculo : sin eodem die fluat ἀμωρῶς, vt sic loquar, laudabilis est, & tamen eodem modo soluit tepescitque febrem quo sanguis è gibbero demptus, vnde hoc fit, cum idem sanguis videatur esse ? Immo narrant raro admodum è vena cephalica corruptum detractum fuisse. An quia sanguis, qui è basilica trahitur magis materialis, & ideo corruptionis notæ facilius in eo apparent, contra qui è capite fluit floridulus & spirituosus ? Tamen qui è Capite manat corpus & molem habet. At nos dicimus, si sanguis moram in cerebro traheret, æquè corruptus efflueret atque is qui è brachio, quia morâ vitium contraheret. Qui è brachio ducitur, quoniam à magnis vasis fluit ac virtute naturæ, facultas excretrix in eo suam vim docet, quod retento sinceriore sanguine, impurum coëffundit. In vxore Martini Chirurgi cum dolor ingens præcessisset capitis, hæmorrhagiâ fluxit ἀβρῶς multus sanguis corruptus. At moram traxerat. Et in abscessibus ponè aures cum feritur cephalica vena, putris educitur. *Hippocratem secutus Aristoteles ait capitis sanguinem tenuissimum, reliqui corporis crassissimum.*

Sunt qui caphuram macerant in aqua plantag. ad ignes sacros hoc multis non placet : Immo rodere ac calfacere caphuram volunt. Narrant quidam vsu rerum caphuratarum coëundi impotentiam accidisse. Immo omnes partes quæ generationi deuotæ sunt, effectæ languerunt.

Iam annotauimus antè maximè laborare Medicos cum mulieri grauidæ fluor sanguinis contingit. Ferè enim adest abortus. Itaque consulendum mulieribus vt sese domi contineant. Et omni ratione impediendus est cursus iste : Et cum aduentarit pariendi tempus, tam Medici erit prudentis videre an iste sanguinis cursus intercipiendus sit, an non.

Nos sæpè fortè incidimus in ægros, qui in febrium aliàs continuarum, aliàs ad intermittentes accedentium paroxysmis de laterum dolore adeo questi sunt, vt Medicos ad sectionem venæ adegerint, & est secta vena foeliciter. Nunquid initio paroxysmorum sectio venæ conueniet ? Item datum sæpè pharmacum initio paroxysmorum satis foeliciter. Et paroxysmi remissiores facti sunt. An non se-

quendum Arabum consilium, qui initio morbi paroxysmorum medicamenta præscribunt, vt facilius deturbent morbi causam dum in motu est?

Humoribus motus sequendus est in morbi.

Mulier quadraginta dies foetum gerens dum rure Lutetiam profecta est caelo parum sereno & tranquillo & equo insidens, cum ab equo defiliit hospitium petitura fortè sororem suam nacta est, eamque amicissimè amplectitur. Paulo post tenebricosum quid ob oculos obuerfatur, nec amplius potest consistere. Hinc aphonos iacet, ac primum fertit ac si suffocante catarrho premeretur. Conuellitur. Nulla ratione restitui potuit. Omnia tentata sunt. Conuulsiones perseverant. Sex horis post moritur. Aperto caduere pulmones inueniuntur corrupti ac sanie foetenti ac olida repleti. Sed hoc non fuit causa tanti morbi, quam iuuare potuit. In cerebro nil ferè alienum comperitum est. In ventriculis aliqua erant corpuscula, sed adeo tenuia & exilia vt parui essent momenti. Accepimus eam huic morbo aliàs obnoxiam fuisse: Erant hæc epileptica. Et non interuisset nisi conuulsiones assiduæ fuissent. Nil enim est quod tam vires frangat. Vitium illud pulmonum, de quo dictum est, ad subitam istam moriendi occasionem aliquid fortè attulit.

13.

Mors subitanea à catarrho suffocante.

14.

In sectionibus venæ multa vulgò obseruari debent, quorum cognitio ad medendum apprimè confert. Atque in primis notandum illud, quod Galenum obseruasse dicunt, vt sumatur à viribus detrahendi sanguinis indicatio. Nam sæpè incidunt leipothymiaë terrificæ: quas quanquam veteres non reformidabant, immò ad eas vsque sæpè sanguinem ducebant, nostris tamen temporibus terrorem sæpè inferunt, nec tutæ sunt in nobis, quorum corpora sunt molliora & languidiora. Olim non tam periculosa, vt pote corporibus robustioribus. Atque quæ sequebantur leipothymiaë, & à priscis laudatæ, tantum ratione euacuationis magnæ & cõfertæ aderant. Et tunc minus intendunt periculi: Sed nulla ferè præcunte euacuatione *ἐκλύσεις* & *λειποθυμία* insequuntur, quod declarat magnam virium imbecillitatem, & facilem valde spirituum dissipationem. Atque labantium virium, aduentantisque *ἀποφρέσις* argumenta ducuntur ex pulsu. Nam frequentior cum esse incipit, & intercalarem intermissio-

Corpora nostra non ferunt venæ sectionem ad animi deliquium.

rem, aut inæqualitatem habet, tunc iam certum fit de futuro deliquio animi. Sed hic falli non oportet. Nam si semel hoc fiat, quavis mutatione in pulsu terreri, & ab instituto reuocari puerile est ac meticulosum nimis. Sed si subinde hoc eueniat, tunc auocari oportet ab instituto cursu.

*Intercalaris
pulsus vena
sectionem nõ
dehortatur.*

In multis, præsertim iam grandioribus ætate, intercalarem pulsus intermissionem *ἀναμαλίας* obseruauimus cum de secunda vena dubitaretur, nec tamen sumus retardati: Nec enim hoc debet à vena secunda diuertere, præsertim si aliàs pulsus magnus & validus, compensans istam inæqualitatem. Inæqualitas enim sæpè est à plenitudine, immò eadem plenitudo ipsam intercalarem facit. Eadem inæqualitas in pueris dormientibus, & iis quibus pulmonum læues arteriolæ obstruæ sunt, sæpè obseruata est, & tamen periculum abfuit.

*idm. vult.
-no à auct.
-off. obstruæ
-atons*

¶ I

Quæritur sæpè an somnus concedendus à phlebotomia? Obseruatum aliquando indulto somno post phlebotomiam cuidam illustri Domino non multo post mortem obrepisse.

*Somnus non
concedendus
à vena sectione.*

In somnum repentinæ tantæ calamitatis causa relata est. An non ea experientia eodem exemplo terrere non debet? Quoniam videmus passim Medicos gratificandi ægris gratia theorematum artis suæ desertores, nil perinde esse putare an quis à secta vena dormiat, an non. At si vires sint imbecillæ, verendum est ne si somnus interdicator vigiliis frangantur magis. Verendum quoque est, ne eodem somno intro reuocati spiritus & sanguis refrigeratis partibus extimis graue aliquod periculum creent. Sic in iis rebûs mortè infansitæque aliorum euentu moniti, ne quid tale eueniat videamus.

*Corporis non
sine non est
arsus tunc
ha. m. vult.
-lak. m. vult.
-m. vult.*

In colico dolore præsertim circum ventriculum vexante conferre dicunt iusculum ex succo amygdalarum dulcium cum granis aliquot piperis longi ex vino Hippocratis paucò.

Colici doloris & dentium remedia non vulgaris.

Vidimus cuidam acerbitate doloris colici detento placatos esse dolores adhibito vmbilico modico emplastro caustico & veluti escharam faciente; & intus foras euocante. Quomodo etiam in doloribus dentium de foris extremo maxillæ inferioris escharoticon miro profectu applicant quidam. Vidi mulierem grauidam in dentium graui do-

lore cineres calidos donec stigma notaque inureretur temporibus aspersisse. Hinc dolores cessauerunt. Pericula ista debent nos cautiore & scientiore reddere ad excogitanda affinia remedia sed illis aliquantò tutiora.

Multas mulieres obseruauimus, quibus immodicus sanguinis fluor per nares contigit aut per uterum. Incredibile dictu qualia eis contingant: Quorum tamen tenenda ratio ut eis accommodatè medicina fiat. Nam in earum morbis depellendis alia sequenda via est, quam quæ vulgò teritur. Alioqui grauissimus error committitur. Istæ mulieres quibus, ut prædixi, largè fluxit sanguis, catarrhis & refrigerationibus cerebri sunt obnoxia. Si quos patiuntur morbos, ij longissimi sunt: Et si calidiusculo erant hepate, fere hemitritæis morbis tenentur. Nam a prima conformatione calor iste immodicus est progenitor & procreator bilis acris: frigiditate cerebri, & aliarum partium quarundam præsertim ventriculi, qui est pars exanguis, pituitosus humor gignitur. Et a confusione vtriusque hemitritæi nascuntur. Et quæ eas molestant febres calorem habent acerrimum: quia non retunditur calor & regitur ab illa humiditate natia, quæ iacturam damnûmque passa est, ob immodicum fluorem sanguinis, in quo caloris sedes est. Vnde enim contingeret laxitas alui ob immodicum fluorem sanguinis, auctoritate Hippocratis, nisi vis calori naturali inferretur? Denique hoc verum est, vbi semel calor alienus inductus est, iis verè imprimatur hepati, quia natiuo humido maximè destituitur. Denique in ista corpora inducitur quoddam frigus positiuum, ut vocant veteres medendi magistri. Et notandum est illud, in talibus corporibus: Si rigores aut horrores contingant periodici aut similes, durant diu valdè; Immo etiam dum febriunt ignorant an plus caleant, an frigeant. Grauillæa domina & Maria Tarteron id declarant. Nam perpetuo queruntur de capite narrantque se sensum glaciei similem in sutura coronaria percipere, de ventriculi infirmitate & refrigeratione sunt sollicitæ. Quod cur eueniat mirum non est. Denique horrores perpetuos forè in rhachitide percipiunt. His secare venam sæpè tutum non est. Ut nec mulieribus siccis & squalidis, quas in leipothymias videmus in-

15.

Sanguinis
fluor immodicus
catarrhicausa.

cidere exigua etiam sanguinis detractio. Et Hippoc. 2. de morb. Mulier. docet quam malignus reddatur sanguis, cum euacuatione præcedente biliosus redditur.

ANNOTATIONES.

1. **I**N febribus & continuis & intermittentibus præsertim si differatur sectio vena, & febris vires eundo acquirat pustule apparent, que non sunt malignitatis vllius, sed ingentis astus argumenta. Vt in Damisella du Four, tertiana febre laboranti similis efflorescentia apparuit in febris paroxysmis.

2. Et Hippocr. lib. de alimento ita scribit. Ad figurationem soles triginta quinque, ad motum 70. ad perfectionem ducenti & decem. Et sub finem sectio. 7. lib. 6. Epid. Quicquid in 70. mouetur, in triplici perficitur: & in 90. mouetur.

3. Cum ob status melancholicos & sanguinis calorem sæpe dolores sentiret maximos in ventre, statim se adiutum phlebotomia asseueravit, secundum illud Hippocr. ἀνεμίτω φλεβοτομία ἄβρα: sectio. 5. lib. 2. Epid.

4. Ad hunc locum pertinet Hippocratis Aphorismus lib. 2. Prorrh. in quem librum Gal. commentatus non est: In principis februm siue delirium accesserit, siue alicuius membri sideratio, periturum hominem sciendum est, si non omnino aut ex signis optimis aliquod accedat, aut corporis vires adsint. Huc pertinent historia hoc loco citata & historia de phrenitico. Hunc quoque affectum adumbrat Hippocr. 5. Epid. initio de quodam qui interiit à tumore oborto in genis, & erat Ἐνεγ' οὐκ ἔδωκε, ut vocat apto & notando verbo.

5. Cantor iste Ruzeus sexagenarius erat: Et mirum quomodo igne sacro prehensus sit, cum hic morbus ætati valde sit degener. Sed locus est præclarus apud Gal. Com. in part. 22. sectio. 3. lib. 3. Epid. Vbi notat quomodo in quadam æris constitutione sexagenariis ignes sacri contigerint ratione superfluatorum excrementorum. Aliis aliarum partium putredines eueniebant. Et Gal. cap. 5. lib. 3. de usu part. docet in quadam pestilentia summos ferè pedes affectos.

6. Holl. Com. in Coad. docet quomodo reiectio sanguinis aliàs periculū, aliàs nullum inueniet. Atque huc ferè pertinet Apho. in Coacis:

Dolores

Dolores circa umbilicum palpatorii, habent aliquid quod mentem moueat. Verum circa indicationem pituita his aceruatim copiosa cum dolore penetrat. Ac si dicat, congeriem humorum facile & congerere & cogere sanguinem, & eius cursum impedire, unde facile oi παλμοι generantur.

7. Hippocrates lib. 1. de morb. Mulierum, maximum signum mola cum mulier pregnans esse videtur, putat esse si mamma turgent, & lac tamen in mammis non sit. Et miram quod scribit, si caro una fiat, perit à mola mulier: si plures, non perit. Et tunc, ait, αἷμα σαρκοῦδες πύγυλαι, sanguis abit carnosus.

8. Hippocr. lib. 2. Prorrh. ait eos, quibus è naribus frequens fluit, videri aliqui sanos: tamen iis tumidum Splenem esse, aut quid aliud. Quasi dicat viscus aliquod in vitio esse. Is vero de quo sermo est, cum decolor esset & veluti plumbiformis, non potuit non mala fuisse hamorrhagia: si verum quod Hippocr. ait sectio. 6. lib. 6. Epid. Quibus multus ex naribus fluit si decoloratio mera sit, id non prodest, rubicundis prodest.

9. Galen. Comm. in partic. 17. lib. 2. Prorrh. Vitiliginem morbum totius substantiæ facit, & in ea vult alienationem esse substantiæ partium solidarum. Quod notandum.

10. Dum quis cum scabioso concumbit, & cutis inficitur, malum hoc verè cutaceum est, & superficialia curatio esse debet. Sed cum ab imo corpore erumpunt tubercula aut aliquid consimile, mali contagionem subesse in partibus internis sit verisimile. Cuidam vetula homini peste occupato assidenti cum ager fortè reuomeret assumptum iusculum, pestilentis veneni macula in facie contigerunt. Et quot ferè guttula iusculi reuomiti faciem attigerant, tot pestilentes naui & macula fuerunt. Numquid hoc malum planè cutaceum erat? Et annotauimus in libro meo de arthritide, ex opinione Auicennæ, quosdam affectus esse verè habitus corporis qui male ad corpus internum referuntur. Immo illam auram venenatam, quæ ab imo pede delata ad caput Epilepsiam cõmittebat ad affectum corporis externi retulit. Quid enim impedit quominus aut peculiaris generatio fiat in habitu corporis, aut vi partium solidarum depulsa sit particula humoris venenati, quæ in habitu corporis tumores & phlegmonas faciat. Et illud est Hippoc. quod inspici velit deiectiones faucibus agrotantibus. Sunt enim aliquando sanorum similes.

11. Locus est praclarus §. Epid. de quodam Atheniensi cui erat prurigo, crassa cutis & velut lepra. Vsu aquarum *αὐτοφύκτων* his affectibus liberatur: sed fit hydropicus & moritur. Sic magni refert scire an curare oporteat hos cutaneos morbos. Porro si *δαρθη*, vulgò dicta, si impetigines non tam sequuntur malam diathesin partium internarum, quàm peculiare vitium externarum, an tanti refert, quanti interesse putant si extinguatur prorsus impetigo aut *δαρθη*, quae partem aliquam obsedit? Nam si alimentum quod ad partem impetiginosam accedit bonum est, etiamsi in parte vicina subsistat, non perinde consimilem affectum generabit, aut in locum veteris mali extincti nouum excitabit. Dicere autem diathesin ipsam à parte in partem manare & serpere absurdum est.

12. Tamen in eodem morbo si demitur sanguis ex dextra basilica, corruptus apparet: si ex dextra cephalica aut sinistra basilica, bonus egredietur. Si sunt qui hemorrhagias sistendas primo etiam in febribus continuis putant, licet die critico appareant. Tamen contra Gal. Comm. in particul. 9. sectio. 1. lib. 1. Epid. in sinceris continuis & febribus ardentibus per hemorrhagiam crisin fieri contendit. Vide particul. 6. lib. 2. Prorrh. Et notanter contendit cap. 3. lib. 3. de Crisibus febres ardentes continuas, & inflammationes viscerum hemorrhagiis criticis solui. Et 2. Epid. sect. 1. in Heragora filio taxat Medicos, qui diebus criticis hemorrhagias sistunt. Immo proprium ardentium febrium ait per hemorrhagias solui, ad part. 63. sect. 2. lib. 1. Epid.

13. Hunc morbum fortè Medici ignorarunt, & is fuit quem Hippocr. lib. 1. de morbis Mulierum descripsit: Vt si simile quid obtigerit, factum semel periculum nos prudentiores faciat.

14. Ac mihi potius persuadeo fuisse Catarrhum suffocantem per quandam *διὰ πύου*. Quod iis qui multum sese exercuerunt euenit. Et in iis malis multum agros agitare malum est.

15. Et quod hic dicitur de Mulieribus, idem de viris dici potest, quibus aut data opera multus detractus sanguis, aut fluxit per se, aut alio modo. Nam in paria mala incidere solent, & morbis à cruditate occupantur.

16. Distinguunt frigus positium à priuatio. Priuatio est initio paroxysmorum, in leipyriis, & ardentibus, in quibus extrema frigent. Positium est, ut cum pituitosa est multaque materia, quae

sensum frigoris inducit. Atque hinc maximè videndum, ne dum videmus partes extimas frigidas esse, aut pauco perfusas calore, male de agris ominemur, cum hoc potius sit aliquando à copia crudorum succorum, quam alia ratione. Et hi dicuntur sæpè ἀναθερμαίνεσθαι apud Hippocr. in Epidemiis. Et frigoris priuatiui signa potius elucet in manibus & pedibus: Positiui verò in toto corpore, unde sunt in utrumque mutationes. Cum Hippocr. in historia de Philisco scribit ita refrixisse, ut denūo incallescere non posset, verè loquitur de priuatiuo frigore.

CONSTITVTIO VERNA

Anni Domini 1575.



MORBI admodum longi fuerunt, qui & præcedente Hyeme, & Autumno sunt grassati, & in VERNUM tempus incidunt. Nec mirum: nam πολὺς πλάσθς, & ob austrinam constitutionem inæqualémque multa excrementitia collecta sunt, quæ morborum adauxerunt. Ineunte Vere & sub finem Hyemis cum serum multum redundaret in capite, & in ventre corrupta mæta forent, morbi capitis, oculorum, thoracis, & ventris inferioris, lentitudines, lassitudines, anhelationes, dolores stomachi & iuncturarum grassati sunt. Horum fuit mos & ingenium. In quibusdam implacabiles fuerunt dolores: pleuritides multos aliquando iugularunt. Repentè admodum incidunt. Celebrata semel atque iterum phlebotomia concesserunt. A destillationibus à capite fluxerunt penè omnes: Et subest suspicio feri mali. Maximè verò dolores lateris patiebantur ij quibus, aut natura imbecilli pulmones, aut vitio laborantes. Ventris tormina multis fuerunt, quæ non nisi magna euacuatione sursum ac deorsum cessarunt. Multi dolores nephritin referebant. At non erant tamen.

Vidimus Nicolaum Le Grand Sangermanum, difficul-

tate spirandi laborantem cum pandiculationibus & extensionibus & oscitationibus crebris. Dubitabamus aliquid esse *ἰσχυροδυνακόν*. Hic melius habuit post frequentissimas purgationes, ac præsertim per catapotia. Ita distinctionibus opus est. Quibus facies nitida est & viridi colore (*χλόρασμα λαμπρόν* vocat Hippocr.) in iis vereri non oportet de praua aliqua partium interiorum dispositione. Sed si facies contaminata est næuis, lentigine & baronibus (vt vocant veteres medendi magistri) aliquod latet in præcordiis vitium. In quibusdam eo modo affectis repertus est abscessus inter pulmonem, ventriculum & diaphragma.

6. Epid.

*Næui lentigines sunt signa viscerū
ελασθηματα
ἐργόντων.*

Qui fit vt viri hæmorrhagias per nares confertas ac copiosas ferant sine leipothymia, cum tamen qui è naribus fluit sanguis ferè sit spirituosus, ac propterea natus potius inducere eam defectionem animi, quam si crassior magisque terrenus foret: Item mulieres ad stuporem vsque patiuntur profluua ex utero sine damno & eclysi, & neutri detractionem sanguinis è brachio multo minore sanguinis copia effluente, quam vel per nares, vel per uterum fluat, quin graues aut syncopæ, aut *ἐκλύσεις* consequantur? Si enim recurritur ad eam solutionem, vt dicamus detractionem sanguinis è brachio esse proximiorē fonti caloris, propterea vires magis infirmare: contra obiicietur, quod detractio sanguinis è malleolo maioris causa infirmitatis sit, & tamen è longinquiore loco est.

*Vena scælio
purgationi
præmittenda
dum duorum
remediorum
usus incidit
necessarius.*

Vulgò dicitur; Quoties duorum solennium remediorum usus incidit necessarius, à venæ sectione potius, quam purgatione est auspicandum. An hoc verum? Mihi valdè difficile videtur statuere, quibus in morbis, quando, & quomodo hoc sit vsurpandum. Fortè huius rei cognitio petenda erit ex Com. part. 21. & 22. lib. 4. acutorum, vbi ex professo de præmittenda phlebotomia purgationi docet. Item ex Com. ad part. 6. sect. 1. lib. 6. Epid. Sed nullibi apertius, quam cap. 4. lib. de Renun affect. Si (ait) phlebotomia corpus euacuaueris, Catharticum venas, arterias & inanès regiones inueniet, non oppletas. Ita facilè in totum corpus peruadet ad attrahendos succos, & facilè educentur ob eorum fusionem & tenuitatem. Si contrà vasa repleantur

tur, ob plenitudinem in corpus medicamentum non deferretur. Vnde aut subsistet, aut nil benè faciet.

Cum coniecturis assequere aut fluxum alui aduentaturum, aut vomitionem, aut vtrumque potius in morem cholerae morbi, caue ne purgans agitante des medicamentum. Nam periculum inde saepe euenit. Nam agitati humores validè multos & graues excitant tumultus, immò & syncopas, & alia eiusmodi, quae solent innocenti per se medicamento attribui, idque immeritò. Declarat virgo fidelitate plena. Atque eo modo videtur interpretanda opinio Hippocr. cum ait, eos qui prauo vtuntur cibo, aegre ferre purgationes. Virgines intemperantes facile à medicamento perturbantur. Ideòque illic circumspectos esse oportet.

Cuidam viro continua laboranti, praecalore febrili decocto ferè & haecenus sine remedijs derelicto intempestiue Medicus vocatus venam secuit, & vt dierum supputatio erat, nonus dies ferè aderat: A secta vena recreatus plurimum, duabus horis post oborto sudore copioso interiit. Si materia parata fuisset, & remedia tempore usurpata; & vires suffecissent ad tolerandum illum sudorem criticum, aut si natura non tam cito crisin post phlebotomiam aggressa fuisset, nil inde periculi fuisset infecutum.

Hinc discere oportet, periculosam omnem euacuationem, aut die critico praesente, aut instante, praesertim si morbi historia sit bene ordinata. Immò & saepe vidimus, experientiaque didicimus, dato medicamento non valido sexto die, iam septimo appetente graues & periculosas *καταρσις* attulisse. Nam tanta commotio affertur, vt symptomata inde consequatur euacuatio. Nam mixtim, confusè, & promiscuè omnia euacuat natura.

*Præsente,
aut instan-
te crisi euacuatione
omnis
periculosa.*

Socrates tres iam dies febre continua laborauit, quarto die pleuritis oritur: an septimo die totius morbi tuto secari vena potest, qui dies pleuritidis tantum tertius est? Nunquid crisis septimo isto die oriri potest, & interea si vena secetur, verendum ne aliquid eueniat sinistri? Hoc vidimus saepe, cum tertio aut quarto die oritur pleuritis augetur febris, quae essentialis dicitur, & partim essentialis fit, partim symptomata. Nam per sectionem venae pleu-

ritide remissiore facta, remissior quoque fit febris.

Aphor. 9.
lib. 6.

Non omnes
desipientes
medicamentis
agitandi:
Comm. in
par. 17 lib. 1.

Quæritur an desipientiæ locus esse potest in inanitione, quia desipientes omnes validè agitant Medici, & frustra. Hippocr. in Aphorif. docet ob fluorem alui magnam desipientiam contingere: an tunc venam secabis? Nequaquam. Alioqui in graue periculum ægros adduces. Et in prorrhethico phrenitidem maniacam ait contingere, & ob malignam qualitatem, potè humore bilioso exallato; & propter immodicam siccitatem. Quod diligenter animaduertendum est, ne quid hîc peccetur. 1. Vnde phreniticam mulierem vidimus sine insigni febre, quæ nono die interiit *κατατάδης*, cum molesta assidentibus multum fuisset. Illa autem consuendo noctes insomnes degebat, perpetuis querelis virgunculas sibi ad erudiendum concreditas incessendo, & vt audiuimus, parcè ac duriter victitando; nec non vinum sæpè pitissando. Bilioso erat valdè temperamento. Atque omnia symptomata erant cerebri primario affecti ac exsiccati, nec non adustam quandam bilem continentis. Nimiis quoque ieiuniis consimiles affectiones consurgunt. Et maximè in biliosis, si bilis blanda, alimentorum anathymiasis destituta, efferocit magis. Videtur quod ei non multum conferebat phlebotomia. Nam ex fine comm. in histor. 1. lib. 3. Epid. de Pythione scies delirium non tam sequi ex humorum quantitate, quàm qualitate; immò quantitas ex se non delirium, sed coma inferet. Cuidam obortus dolor ad hypochondrium dextrum. Metuebamus ne ibi abscessus fieret. Omnia tentata sunt. Non interiit, sed humoris nescio cuius ad crus & tibiã è regione positam translatione hypochondrij dolore leuata est.

Vulgus dicit,
il est recré,
id est, pra
vigiliis &
inedia ve-
luti exhau-
stus.

Fernelius
præclare de
differentiis
dolorum la-
teris cap. 11.
lib. 5.

Non semper
tuto præsen-
te lateris do-
lore venã se-
canda.

Ex doloribus lateris maxima pars à defluxione à capite oritur. Sed dicat quis, si fluxionum maior pars frigida est, quomodo & tam subito oritur inflammatio, & phlegmone? nam phlegmone natura est calida & humida. Et si hoc verum est, an venæ sectio confert? Potius in purgatione & anacatharsi & anodynis consistendum videretur. Sed in suis libris passim Hippocrates maximos dolores oriri ait à confuso phlegmate & bile cum sanguine. Quod si in nervos solos humor frigidus incideret, non tam citò ad phlebotomiam recurrendum esset: sed cum per venas fluxio

fit, facillè datur occasio phlegmone. Sed pleuritidon & dolorum lateris tres ferè ideas in operibus artis obseruauimus: Alij enim dolores sunt ob phlegmonem, alij ob crysipelatoden affectionem, vt nos in Consiliis nostris scripsimus, alij ob purum & sincerum humorem à capite labentem. Et tunc non tam est pleuritis, quàm lateris dolor. Ac ferè talis dolor inflammationis non est comes, sed tantum congestionis cuiusdam humoris, & adhæsiōnis. Immo multos infinitos vidimus laborantes dolore lateris, ob copiam excrementi in pulmone, cuius pars tenuior & serosior dum ad membranas funditur, dolores excitat. Sed quod diligenter est obseruandum, maior est pars & pleuritidon & dolorum capitis tum à congestiōne cuiusdam excrementi in pulmonem & thoracem, tum ob recursum tenuioris humoris per orgasmum à ventre inferiore, quam à capite, & partibus superioribus. Quod diligenter videndum, quoniam plerique non audent purgare, & soluere ventrem. At sæpè hoc plus confert, quam phlebotomia. Imò tunc sectioni venæ locus non est. Nisi fortè semel id fiat. Vnde in Consulis vxore dolorem lateris patiente quinquies secta vena, idque frustra. Hyems erat: à capite malum erat. Quod notandum valde. Nam cum Hippocr. ait 3. Aphorismor. Hyems vagari pleuritides, vult explicare illud quod scribitur lib. de locis in homin. vbi disputat de pleuritide sine sputo. Est autem dolor lateris à congelatione, vt idem Hippocr. illo loco explicat, & Galenus Com. in tertium Aphorismorum. An in talibus laterum doloribus tuta sectio venæ? Nequaquam. Sic non oportet cum tam multis turpiter errare. Incredibile enim dictu; *Quàm multos trita vulgaræque medendi via, ac præsertim in pleuritide perdidit?* Nam audito lateris doloris nomine, si quis aliud præter venæ sectionem remedium tentet, *αὐτὴν οὐκ ἀποκτείνω*. Immo, quod pertinet ad dolores lateris, nullus hodie non Medicus est. Quanquam hîc multorum carnificina, & frustranea sanguinis (in quo vita sedet) eductio, spirituumque euacuatio committitur, magno artis vituperio, vt etiam hac vna medendi pleuriticis via baiuli, carnifices, sutores ac vniuersa mulierum garrulitas Medicorum celebrium in-

dustriæ obstrepat ac sese opponat. Immo, si quis de latere quaeritur, quocumque id modo fiet, ne articulo horulae differre fas sit. At non nouit imprudens mulier, & impudens barbi-tonsor, nugigerulâque mediastina mulier multis ex causis dolores laterum oriri, in quibus ut aliquando venam non secare nefastum est, ita eandem aperire crudele, impium, ac ignorantiae plenum fit? Nam, ²⁾ Nulla est causa tam exilis, tamque parum efficax, quæ non ¹⁾ dolorem in latere excitet. Ac æquumne est tanquam causa eadem sit, ac idem malum, remedium idem usurpare, & omnibus eundem cothurnum attribuere?

Consequens est, ut quaeramus num cum secandi venam occasio est, & phlegmone dolorque vrget, tutò in die quater vena secari debeat, & potius id fiet, quam expectetur quid sequens dies vehat. Nam cum phlegmone in pleuriticis nascitur, dolorque adest magnus, omni ratione impedienda est phlegmone incremento. An verò praesentius remedium sit, quam identidem facta phlebotomia?

Verisimilene est illud quod scribit Galenus, sectionem arteriarum in manu dolorem lateris, & qui circum iecur erat soluisse, quod per magnam reuulsionem id factum fuerit. An venarum infra gibberum sectio in pleuritide conferre potest? Fortè attractio ista longa, & sensim facta exonerat facilius partem, quam cum è propinquiore parte affatim attrahitur. Nam dum è propinqua parte ducitur sanguis & confertim, quia ex aliis locis attractio fit violenta verendum est, ne concursus iste sanguinis & spirituum noceat. Sed cum veluti materiam coniunctam dolorem aut abscessui aliquid simile fouentem educimus, sensim reuellendo, tutior & verisimilior videtur esse eductio. Vnde videmus suctas mammas mulierum à maioribus natu facile arefcere ac inaniri, quod attractio violentior sit; Sed puelli etiam recens nati dum minimo conatu atque lambendo tantum eliciunt fuguntque aliquid consecutione quadam ex profundis venarum elicere videntur. Sed cum suctus attractioque est potentior, intercitur consecutio ipsa & tanquam in chorea complexio ac contingentia. In filio D. Noël, quod commodè in gibbero feriri vena requiret, ad pleuritid secta est vena inter carpum & gibberum. Et id valdè

Sectio arteriarum in manu dolorem lateris soluit.

valdè profecisse putamus, cum ab eo tempore dolor quieuerit. An idem facitare poterimus? 3.

Chirurgi vxori tuffis valida & diuturna expectorabat ex facili. Tum tuffis sicca fuit, verebantur ne suppressione materiæ aliquid alienius contingeret. Tandem, ac si ab albis molestaretur, sinus pudoris aqua madet, & transmittitur ea materia à pulmonibus ad pudenda. An hoc verisimile? Ita sanè. nam & hoc Hippocr. obseruauit in Epidemiis. Multi infestabantur arida tuffi, nil excreabant, nec multò post raucescebant, nonnulli post quibusdam testiculus alter, aliis vterque cum dolore inflammabatur. Galenus in comm. ita ait. Pars illius humoris qui in pulmone erat, pro eo quod consentiunt pulmo & testes ad eos venit: & quod ad testes venit, deterius erat eo, quod primùm ad thoracem, quoniam diurnitate computruerat. Miror quomodo is sit consensus pulmonis & ventris superioris cum inferiore. Galenus enim, dum rationem reddit cur gibberum in spondylis thoracis non facilè soluatur per dynteriam, aut abscessum in tibiis, vt gibberum in lumbis, recurrit ad difficultatem viarum: quod non sit prompta & aperta via à thōrace ad partes inferiores: Immodò videtur negare planè vllas vias esse, quibus materia à partibus superioribus transmittat ad inferiores. Quod si verum, quomodò dicimus pulmonicos sæpè per ventrem, & vrinas repurgari? Lib. 1. part. 12.
Lib. 1. sect. 1. cc
cc
4.
cc
cc
cc
Com. in part. ticol. 3. &
4. lib. 3. de articul.

Audio Ambrosium Paræum in suis hypomnemoneumatis annotasse cuidam mulieri abortum fuisse in crūre tuberculū, pisum magnitudine adæquans, quo tantoperè cruciaretur, vt conuelleretur planè; deindè diaphoreticis abortis sudoribus semimortua iaceret. Quid illud erat? Malignus humor, cuius pars minimo tumore se prodebat, reliquum vt latens venenum serperet, manarètque longius, ac tandem in consensum cerebrum trahebatur, aut communicato vapore, aut nullo communicato. Atque hīc de morbis per consensum tria animaduertere conuenit, obseruatione dignissima: Primum est, an in omni morbo per consensum, aut flatum, aut ichorem, aut humorem aliquem ad partem quæ compatitur ac consentit, transmitti oporteat. Galenus Cap. 6. lib. 1. de loc. aff. tribus modis docet per consensum fieri, aut quia facultas

non suppeditatur, aut quia materia defit, vt in respiratio-
 ne; aut per vapores: Cùm per vapores oritur morbus, ferè
 fit, vt si malum perseueret, tandem impresso in parte vesti-
 gio morbus per protopathiam oriatur. Sed Arculanus me-
 liùs statuit duplicem esse *συμπνευσιας* (communitatem vo-
 cat) vnã absolutam, alterã non absolutam. Absoluta
 dicitur, cùm ex membro communicante nil traditur ei par-
 ti quæ consentit præter passionem. Nil verò traditur cor-
 poreum, vt humor, vapor, spiritus, flatus. Non abso-
 luta verò dicitur, cùm à parte, affectionem in suo sinu aLEN-
 te, aliquid ad consentiens membrum demandatur; quod
 5. consimilem ferè affectionem pariat. Absolutæ exemplum
 est, dolor capitis ortus post spasmumalicuius partis, aut to-
 tius corporis: dolor à punctura, dolor capitis per consen-
 sum iuncturarum. Item in furore vteri: nam Aëtius furo-
 rem vteri ab vterina suffocatione distinguit; quod in furo-
 re vteri passio ipsa sine corpore vllò, sed sola ferè qualita-
 te cerebro communicetur. Item cùm dicitur,

Cap. 74.
 serm. 4.
 terra. 4.

Cùmque caput dolitat, cetera membra dolent.

Morbi per
 consensus
 quotmodis
 fiant.

An communicatur aliud præter quandam affectionem,
 materiei omnis expertem? In quo oportet partem reapse
 laborare, quia definitio hæc est doloris, vt res materiali-
 ter imprimat: non quod requiratur materia in omni do-
 lore, eo præsertim qui fit per consensum; sed vt exclu-
 datur opinio eorum, qui putant absolutam communicatio-
 nem doloris esse, cū species intentionales offeruntur. At hoc
 falsum. Nam communi sensui necessariò species doloris
 obiicitur, sed non propterea laborat.

Comm. in
 part. 10.
 lib. 3. de ar-
 iculis.

Secundum ex iis quæ explicanda proposuimus, est quod
 Galenus scribit, quicumque per consensum communica-
 tionemque morbi fiunt, eorum nullus eos morbos soluit
 qui præcesserunt. Nisi fortè reapse materia transferatur
 aliò, & tandem absentia materiæ diatheseos occasio, &
 proindè morbi tollatur. Vt cùm translata à capite ad pe-
 des materia, capillorum defluuium cessat, & varices su-
 perueniunt.

Comm. in
 Aphor. 19.
 lib. 1.

Tertium est illud quod Galenus scribit, Pauci morbi
 chronici fiunt per consensum & absque loco affecto. At-

tamen multis Hemicrania sunt longæ per consensum. Sed aliud est *χρόνιον νόσημα*, aliud *χρόνια διάρκειος*. Nam diathesis est sine materia. Sed morbus materialis & longus propriam habet sedem, & humorem crassum qui fouet.

Nobilis vir quia venereæ contagione infectus fuerat; & cum instar venenatorum humorum lues ista sæpè de instituto adoriatur hanc aut illam partem; dolores sentit implacabiles; In tertio & quarto metaphreni spondylis. Nullis superantur remediis. Præ dolore interit. Reperti sunt duo isti spondyli carie ac tabo confecti. Hinc dolores, hinc mors. Auicennas fen 22. tractatu primo, capite 12. eam corruptionem spinæ vocat ventositatem spinæ, quod talis corruptio fit ab ichore: ichor verò & status malignus confimiles ferè affectus afferunt. Diximus enim ichorem & flatum dolorum maximè causas esse.

Caries spondylorū metaphreni ob lues veneream mortis causa.

Nobili cuidam, sed moribus ignobili ac obscuro, de quo idem dici potest, quod de Mezentio Poëta,

Contemptorque Deum Mezentius.

Dolor in perioestio menti (locus autem dolens magnitudine sextantem non superabat) isque erat implacabilis. Cum insolens hoc malum foret, inauditum, inuisum ac implacabile, id ad Diuinam Dei ultionem referebant. Tandem cum ægresceret medendo malum, effero & temerario motu, lato per omnes faciei partes humore eiusdem ferè moris, non ita longè post interiit. Quid hoc rei fuit?

Peripneumonix sicca & pleuritides, id est, quæ non tam in humore & tumore phlegmonode consistunt, quam in phlogosi & vagabunda affatione aut adustione, iugulant homines incautos & minimè cogitantibus Medicis. Harum author est serum, acre, subtile, malignum, efferum, eludens exclusionis ansam, & pepasmi occasionem, à quo siderantur pulmones derepentè. Signa sunt rubores genarum fugaces, tussis inanis, indolentia ferè, iactationes, ariditas linguæ, & extenuatio præter rationem, dolores pungentes & fugaces an in his secanda vena? Hippocrates ita scribit. Fit peripneumonia & pleuritis sine sputo,

Causa, signa, remedia & prognostica pleuritidis & peripneumonia sicca.

Lib. 1. de morbis.

« ambæ ex eadem causa, & siccitate; siccant autem & calida
 « cum nimium calefecerint, & frigida ubi nimium frige-
 « faciunt. Congelatur autem latus, & quæ in ipso sunt
 « venæ, & conuellitur. Quantum in ipso est bilis & pitui-
 « tæ, id à caliditate resiccatur; & dolorem inducit, & fe-
 « brem. Hinc venam secare conuenit in manu spleniti-
 « dem aut hepaticidem, iuxta utram fuerit morbus. Ta-
 « men alio loco dum de pleuritide sicca & sine spûto loqui-
 « tur, humectationis quidem multæ commemorat, at nun-
 « quam phlebotomiæ. Sic hinc accuratos & sagaces esse
 « Medicos oportet. Cum autem meminisset pleuritidis sic-
 « cæ à frigore, à quo congelatur in pleuritide latus, vide-
 « tur explicare ideam earum pleuritidum, quas in Aphor.
 « per hyemem grassari scribit Hippocrates: Nam in his fru-
 « strâ tentatam sectionem venæ sæpè vidimus: cum potius sit
 « consilio Hippocratis veniendum ad tepescientia & pare-
 « goria medicamenta. Quod prudentiores Medici, & qui
 « non tam solent id remedij accelerare, nec ex vulgi opi-
 « nione pendere, facitare.

Lib. 3. de
 morbis.

3. Aphor.

2. acutum
 Benignum,
 blandum,
 & leniens
 medicamen-
 tum plus pro-
 fecit sæpè,
 quàm scam-
 moniatum.

Suprà de scammoniatis obseruauimus: nunc hoc dicen-
 dum, verum illud esse Hippocr. deiectiones numero non
 esse æstimandas, medicamentaque agere debere καλῶς,
 & χρησίμως, alioqui frustrâ ea dantur, & medicamentis
 accommodantur corpora, non corporibus medicamenta.
 Hoc vnum dicam, Electarium diacarth. de succo, magni
 scutiferi, quod ad insigne mortarij aurei venale est, aut
 nil agere, aut perturbatè agere. Nam dum aquosas quas-
 dam superfluitates educunt, perturbant solùm, non euac-
 uant ea quæ euacuari oportet. Vndè alios vidimus in
 profluvia illaudabilia alui incidisse, alios nil aut parum
 purgatos. Vndè ægri sæpè facti sunt valdè se pœnite-
 re quòd ea sumpserint, cum nullus indè profectus secu-
 tus fuerit, sed aut inanis aquarum eductio, aut siccitas
 quædam corporis contigerit. Immò medicamentulum
 blandum & leniens vidimus plus leniendo profecisse,
 quàm ista valida inaniter agitando.

Quoniam pleròsque pueros febribus continuis & vehe-
 mentibus videmus interire, quibus fortè ommissio phlebo-
 tomia obfuit, vt Medicis probro & ignorantia vertatur,

quod temerè solenne illud remedium tam præfens in
 continuis auxilium prætermiserint, an non tutò secari
 puellis eo in casu vena potest? Ita reuerà, tum quod casus
 requirat, tum vt parentibus satisfiat quæ in phlebotomia
 prima salutem, immò & à mortuis excitationem positam
 putant. Parricidis enim malunt suos ad phlebotomiam ad-
 duci, & si phlebotomati interierint, minus illis molestum
 est. Itaque miror Gal. tam studiosè in pueris venam non
 secare, & si vel pleuritis, vel peripneumonia orta fue-
 rit in pueris etiam prætermittit sectionem: Ait enim: si
 verò post decimum quartum annum pleuritis aut peri-
 pneumonia, aut aliud acutum *νόσημα*, aut angina adsit,
 præfertim si sanguis adsit multus, si tempus vernum, si re-
 gio temperata, si pueri naturâ sanguineâ, audacter ve-
 nam secabis. Quasi verò si tales morbi pueros adorian-
 tur, non sit bonum venam aperire. Cùm tot etiam in iu-
 uenibus phlebotomiam experturis circumstantias requirat.
 At nostrates afferunt suas experientias de sectione in bimis
 & iunioribus, fortè sine sectione venæ erant conualituri.
 Exemplum est filius Vandolij, cui necessariò secandam
 venam dicebant, & purgationibus liberatus est lateris do-
 lore. Idipsum & filiola Dom. Roysfæi indicauit: Cùm
 enim de secanda vena conclusum esset, tamen dilata est,
 & eâ omninò prætermiffa conualuit.

Sunt qui vt ignorantia suæ velum prætendant, cùm nil
 agere circa ægotantes volunt, afferunt iustam dilationis
 causam, quod hic vel ille dies sit criticus. At Galenus con-
 tra factitandum putat: itaque scribit: Quoniam sæpè cùm
 quis dies sex aut quinque ægotauit ad curationem accer-
 timur, expediet vtique sanguinem mittere, etiam si prima
 occasio sit prætermiffa. Quocunque enim die mittendi
 sanguinis scopos in ægotante inueneris, in hoc præsidium
 hoc adhibeto, etiam si vicesimus ab initio morbi dies fue-
 rit. Scopi verò sunt, magnus morbus, virium robur, ex-
 cepta ætate puerili, & ambiente nos aëre vehementer
 calido. At dices numero dierum vires exoluuntur, idè
 si iam progressus sit morbus, demendi sanguinis occasio
 tollitur. Galenus autem rejicit istam numerum dierum,
 quod hic primariò & per se efficiat vt vires minuantur,

7.

*Lib. de sang.
 miss.*

9. Methodi.

*Pueris vr-
 gente neces-
 sitate auda-
 cter vena
 secanda.*

*Etiã die
 critico mit-
 tendus san-
 guis.*

8.

*Cap. 20. lib.
 de sang.
 miss.*

sed quod ex euentu propter longitudinem ipsam vires labent. Immo etiam secundo die morbi vires imminutas admodum videre licet. Tamen si authore Hippocr. diebus imparibus & criticis medicamentum purgans dare nephas est ob *σφραγισμῶν* quæ indè insequitur, cur tutò vena secabitur? Galenus autem ista maximè scripsit contra eos, qui de sectione venæ statuentes, in duobus grauiter peccauerunt. Nam vltra quartam diem venam non secabant, vnde in Epid. tacitè eis suam ignorantiam obtrusit, cum ait: *Anaxioni octauo die venam secui.* Alter autem erat error, quòd secarent venam cum humores adhuc inconstantes essent & errantes; non autem cum fixi & inerrantes, vt Tulliano verbo vtat: Quod attinet ad phlebotomiam, multa hinc illinc probabilia afferri possunt tum ad suadendum, tum ad dissuadendum: Sed multa sæpè ad maiorem religionem & cautionem, non ad omissionem afferuntur. Non alienum fortè ad dissuadendam phlebotomiam, frequentem præsertim, id quod à quibusdam ex Theophrasto obijci solet: Is enim dum reddit rationem, cur arbores non insitæ & syluestres plures producant fructus, quàm insitæ. Hoc affert: minùs feraces esse arbores insitionem passas, *ἀλλ' ἢ ἐλασσιν*, vulnus enim illud in insitione factum vires minuit. Quod & de phlebotomiis potest audiri. Maximè verò nocent delicatis & *λεπτοῖς* hominibus.

Sunt qui obiiciunt consuetudinem vt Medicos adducant ad præscribenda sæpè sibi medicamenta, aut phlebotomiam. Sed valdè notanda sunt, quæ à Galeno scribuntur, vt aliam vacationis rationem pro sectione venæ substituiamus. Scarificare autem conuenit præsertim partes ignobiliore, vt longiùs reuocentur humores. Quot sunt enim qui diuturnis doloribus aut oculorum, aut capitis detenti sexies aut octies in anno sibi venam aperiri volunt? Galeni verba hæc sunt ad vnguem tenenda, & sæpè Medicis obtrudenda opponendaque, qui in sanguine humano fundendo liberaliores esse solent: Sæpiùs anno venam secare non expedit, quippe cum sanguine copioso è vena vitalis excernitur spiritus. Eo autem copiosius absumpto, vniuersa corporis moles refrigeratur, omniàque

In libris de
Natura Deo-
rum.

Lib. de Scarifi-
cat.

naturalia opera deteriora fiunt: Ideò ab ignobilibus, vtpotè
 cruribus, detractionem fieri conuenit. At quoniam ple-
 riq̄ue liberalius sanguinem fundunt, ideò hîc annotandum
 fuit. Nec omittendum id quod obseruauimus post ma-
 lignam sanguinis euacuationem contigisse Damifellæ de
 Lonquerque post euacuationem magnam ab vtero repertum
 est iecur planè albicans. Item Dom. de Montgyron in
 campo vulgo *les Tournelles* dicto; interempto ob vulne-
 ratas insignes venas cruales inuentum est hepar pallidius-
 culum, idque ob euacuatum insigniter sanguinem. Quid non
 aliquid non absimile contingeret obfrequentem phleboto-
 miam. Ex Hippocrate enim post insignem sanguinis eua-
 cuationem alius *υγραιετα*, in Coacis *πομπετη*. Galenus
 verò de frequenti vsu medicamentorum loquens ita ait,
 Frequenter medicamentis vti non conuenit, tum quia
 corpus in prauam consuetudinem adducitur, tum quia no-
 cet plurimum. At consuetudinem obijciunt, dicuntque se
 prauertisse magnos morbos ea ratione. Sed eludit istam
 frigidiusculam opinionem Galenus. Si victus rationem mu-
 tauerint illi qui tam sæpè vacuandum velint, proderit plu-
 rimum. Et quod dicant se illis vacuationibus alleuari,
 non ratione istius consuetudinis, ait, euenit, vt istæ pur-
 gationes conferant, sed quia ex victu deprauato prauos hu-
 mores congerunt. Item ait. Euacuatio eorum quæ quotidie
 generantur, minor est quam vt requirat medicamentum
 purgans. Sed valdè indigentibus & ex interuallis vtile
 est medicamentum. Nam vt aquæ stagnantis motu contin-
 git vt effertantur vapores, & aer contaminetur; ita dum sub-
 indè nulla verè vrgente occasione medicamenti vsu mo-
 uentur humores, spiritus inficiuntur, & dum per venas
 rapitur diuiditurque alimentum commotæ materiæ in in-
 testino corpore restagnantis contagione vitatur. Quæ di-
 ligenter sunt notanda.

In acerbis dentium doloribus, immò & in colicis, vt
 antè docuimus, pyrotica ex vsu sunt. Quoniam educitur
 quadam sanies tenuis. Et mirum tam exigua materia &
 pauca excreta tam acerbos dolores dentium sedari. An
 non simili exemplo, vt intercipiatur cursus & impetus ma-
 teriei in partes ruentis & dolores excitantis pyrotica appli-

Frequentior
 vsus medi-
 camentorum
 & vena se-
 ctionis prop-
 ter consuetu-
 dinem dam-
 nandus.
 Com. Aphor.
 15. lib. 3.

Lib. de con-
 suet. cap.
 ultimo.

Pyroticum
 ad acerbos
 dolores den-
 tium & coli-
 cos valet.

cabibus in his que illis partibus? Immo obseruatum in multis corporis partibus, post ingentes dolores, tubercula aliquod extitisse & apparuisse; quod in se videtur conclusisse, & secum rapuisse id totum, quod molestiam afferebat. Dolores enim postea conquiescunt.

Balnea quibus conueniant in capitis dolore. Siccæ meninges atque velut syderata apparuerunt post diuturnos capitis dolores, præsertim cum & humores præui sunt, retinentque aliquid de natura humoris atrabilarij adusti. In talibus balnea potius ex usu sunt, quam agitatio vlla sudorificis aut calidioribus medicamentis tentata.

Bile saturata vrina aut tinctura expertes sola vena sectionem non suadent. In inspiciendis vrinis cauendum est ne decipiãre, & ne temerè tibi aliquid sine ratione persuadcas. Nam cum expertes tinctura biliosæ apparent, vulgus Medicorum statuit de sectione venæ, quod putet supprimi per quandam inflammationis modum illum humorem, qui vrinam tingere deberet. Si verò bile saturata sint, itidem de secanda vena, & detrahendo largius sanguine cogitant plerique, quod credant inflammationem esse, & generationem multi humoris biliosi. Sic vide quomodo temerè ex contrariis vrinis argumenta secandæ venæ petant. Malum porrò est aliquid in arte Medica comminisci, vt inducaris ad hoc vel illud agendum.

Fernelius cap. xi. lib. 5. Cum dolores vagabunde tenent nothas costas, & continuatione membranarum attingunt aliquando mammas, & partes sterni anteriores, cautè videre oportet an propter ventris inferioris cacochymiam, à qua propter vapores elatos dolores surgunt, sensio adsit doloris, an causa ipsa à partibus superioribus pendeat, an verò in thorace ipso sit. Vulgò enim secatur vena, vndelibet dolor sit: atque id quidem malè. Quis enim nescit, si dolor iste agnoscat causam in ventre inferiore, non modò non prodesse phlebotomiam, sed etiam nocere sæpè, quod attractio fiat à partibus inferis, & si nondum adsit pleuritis, ea per sectionem venæ acceleretur?

Vana est eni indicatio detrahendi sanguinis, quæ ex sanguinis impuritate sumitur. Cum hodie demitur sanguis, & vltimum vas corruptissimo sanguine plenum est, tum incitantur Medici ad iteratam, immò tertiam & quartam sectionem venæ. Et quò maioris corruptionis particeps sanguis est, eò de secanda vena audaciùs cogitant. Et sic miserè in humani generis sanguinem

guinem contenditur ac statuitur. Quid respondebunt Au- 9.
 thori suo Galeno, quem ducem sequuntur? Hic enim eò ma-
 gis à sectione venæ auocatur, quò corruptionis maioris ^{cap. lib. 4.}
 sanguinis argumenta maiora apparebunt. Ita scribit, vbi ^{sanitat.}
 vel citra sanguinem restitum est, vel supra processum, nul- ^{tuend.}
 lo modo sanguis mittendus est. Cùm biliosus humor re- ^{cc}
 dundat, & tota sanguinis massa biliosior est, supra sangui- ^{cc}
 nem processum est, an non conueniet venam secare?
 Quid ergo vult Galenus? Idem Author ita alio loco scri- ^{par. 43. secti.}
 bit, Si copiosus sanguis, & nondum insigniter mutatus ^{lib. 6. Epid.}
 in alterius naturam fuerit, audacter detrahe: contra agen- ^{cc}
 dum si iam mutatus est. Vide ergo in quo conueniat po- ^{cc}
 sterioritas cum antiquitate. Et tamen idem Galenus mulie-
 ri extenuatæ cui pici similis sanguis erat plurimus, largè
 sanguinem detraxit. Ego verò, vt conciliem Galenum fe-
 cum, & cum posteritate, puto Galenum tam religiosè
 interdicerè venæ sectione, vbi vel supra sanguinem pro-
 ceditur, vel infra restitum est, id est, vel cùm planè cru-
 dus est, & pituitosus sanguis, & ἀμὸν αἷμα dicitur, vel
 cùm ita processum est, vt iam adustus sit; vel hoc intelli-
 gi debet, vt non solum qui sanguis ruber esse debet, co-
 lorem mutauerit (nam omnium facillimè sanguis floridus
 colorem mutat) sed & alij sanguinis massam humores con-
 stituentes parem quoque mutationem acceperint. Alioqui
 decipi facile est. Et plerique turpiter hallucinantur. Nam
 in nostris sectionibus venæ putamus sanguinem valdè ma-
 lum esse, quia superficies mala, & alieni coloris apparet.
 Error est. Nam si vel in vase stanneo, vt in scutella con-
 jiciatur, vel si vas totum plenum non est, vel si dimoueas
 sanguinem ipsum, tunc superficies florida apparebit. Sed,
 quod magis vrgebit, duæ sunt rationes, quibus fortè reuo-
 cari possis à frequenti sanguinis detractione. Prius est
 hoc, pauca quantitas croci multum aquæ tingit: ita pauca
 bilis sanguini confusa, alterat sanguinem & mutat. Si
 ergo per confusionem, aut admistionem bilis in sanguine
 mutatio appareat, non propterea statim ad vnam atque al-
 teram phlebotomiam deueniendum. Quod fortè multis
 fraudi fuit. Posterius argumentum hoc est, cùm Socrates
 febricitat sanguinis massa confunditur & turbatur, resident

M

verò humores febre cessante: si sanguinem detrahis, dum æstus est in venis confusum semper elicies, & sic ægrum, eiusque vires diminues. Itaque non oportet adduci ad audacter sanguinem detrahendum, ex eo quod sanguis confusus & alteratus aliquando apparet.

An causerum *πεπρακτικῶν* prætermittenda ratio in morbis? Nequaquam. Hippocrates enim in Epid. de febribus continuis acturus meminit crapulæ, apricationis in sole, potus vini meracioris, laborum, lassitudinis. Et in diæta *πρὸ ὄξεων*, cum de febribus continuis agit, quas ab attractis ichoribus nasci putat, lassitudinum, & laborum, & vigiliarum meminit, tanquam causerum *πεπρακτικῶν*, sed tamen ad morborum *ἐγίνεσθαι, ἐδιήργασθαι* conferentium. Quanquam inter eas quædam sunt contemplabiles, aliæ non. Vt comedisse racemum, deinde incidisse in febrem, aut sub dio fuisse, aut ege-lidam bibisse, aut acetarium edisse, illud vulgò causa febris putatur. Sed aliæ sunt causæ procatarcticae, quæ in re ipsa quodammodò inhærent.

*Lib. 1. de mor-
bis.*

*Horror pro-
dromus pleu-
ritidis.*

Qui fit, vt magna pars eorum, qui in pleuritide inci-
dunt, horreat; cum tamen illud non videatur esse de
natura istius mali? Hippocrates explicat cur laboraturum
pleuritide horror occupet, siue sit ebrius, siue sit sobrius,
atque ait: Cùm latus naturâ carne nudum sit præ omni-
bus corporis partibus, & non sit quicquam in ipso quod
renitatur, præter ventriculi cavitatem, maximè rigorem
percipit. Et cùm riguerit, ac perfrigeratum fuerit, tum
caro quæ est in latere, tum venæ contrahuntur, ac con-
uelluntur.

*Par. 8. sect. 1.
lib. 1. Epid.*

Toto mense Aprili & Maio iidem penè morbi, qui
& incunte vere. Veteres morbi repullularunt. Nun-
quam, quod meminissent, tam diuturnos & inexpu-
gnabiles morbos Medici obseruarant. Ad multam humi-
ditatem retuleramus priùs. Idem de istis morbis dici po-
tuit, quod & Hippocr. cùm multum temporis status
austrinus fuisset, addidit, squallidus, id est, pluuijs ca-
rens; noster status pluuiosus fuit, & nebulosus. Non mi-
rum si nil è corpore effluerit, sed quod erat, cumulatam
fuerit. Spiritus & humores caliginosi & nebulosi facti

sunt. Nam verum illud, Austri auditum hebetant, caliginosi, capiti graues, &c. Et in ista spirituum & humorum caligine non mirum si & domari non potuerint humores, & si natura sopita fuerit, vtpotè non illustrata.

Pleuritides siccae & humidæ vagatæ sunt, dolores lateris, tusses, ophthalmiæ, grauitates capitis, & inter cætera parotidon magna copia fuit, sed illæ sine febre erant. Et maximè iuniores & calidiores prehenderunt, non absque febre, sed ea moderata.

Si quando aliàs, illud contigit videre, quod ab Hippocrate scriptum est. Tubercula multis secundum aures, febre carebant. Nonnullis parum accendebantur, sed omnibus sunt extincta citra incommodum. Nemini suppurarunt. Erant laxa, magna, diffusa, citra phlegmonem. Accidebant hæc adolescentibus, iuuenibus, adultis, præter cæteros luctatoribus & athleticis, mulieribus verò parum.

Part. 10. lib. 1. Epid. sect. 1.

Multos videmus aut ischiade laborare, aut alio articulo, eum ne tantillum aut ceruices doluerint, aut collum, aut guttur, aut clauiculas, aut occiput. An verò credibile à capite tam efferum humorem, tam serosum, tam indomitum, vt nullos dolores in medijs vijs excitet, sed solum cum ad articulos deuenit? Vt idem faciat quod lepus marinus, qui cum perreptet innumeras corporis partes, solos pulmones vlceret? Hoc non credibile. Sic valere iubeamus Fernelium. Et non temerè innocens caput medicamentis agitemus. Nam sunt qui dolent articulos, & nullus præcessit omninò dolor capitis, nec grauitas, nec aliud simile.

Ischias non semper à cerebro.

Si febres hemitriteæ & horrificæ humorum *ερεπογενων* sunt soboles, quare non semper tales febres excitantur, cum in corpore nostro tanta sit varietas humorum, & maximè bilis, & pituita redundet, quos duos humores passim Hippocrates morborum omnium authores statuit? Si dicas in quaque febre vnum humorem maximè in vicio esse, ac turgere: quare quotidie tam ex diuersis medicamentis purgationes morbificorum humorum instituimus?

Bilis & pituita omnium morborum authores. Hippocr.

Iuueni annos vndeuginti nato præter modum pinguescenti, quod in cute curanda plus æquo operetur, & soleat

M ij

In medios dormire dies, &
Ad strepitum citharæ cessatum ducere curam.

6. Epid.

Vitæ ratio
ut corpus mi-
nimè pingu-
escat.

Apho. 46 lib
5.

Cur mulie-
res difficili-
bus morbis
implicentur.

Lib. 1. de
morbis.

Consultum est illud, quod scribit Hippocrates, ut maza & lucta vteretur: id est, laboraret plurimum; & non cibis satiaretur. Volebat omninò abstinere à ientaculo, aliàs à cœna. Hoc non probatum est, immò consultum ut leui ientaculo subleuaret illam famem insatiabilem quam in partibus habet. Accedit quod iis qui breuiore collo sunt, & aqualiculo obefiore ad os ventriculi solet quædam coarctatio contingere, ob abdominis pressum pinguioris, ac fere idem contingit quod & mulieribus præter naturam crassis, quæ non concipiunt quoniam omenti pinguedo os vteri coarctat ac comprimit. Nunquid idem ad regionem oris ventriculi potest contingere? Hoc notandum. Consultum præterea est, ut aliquando vteretur decocto absinthij pontici. Item ut manderet sæpè coriandrum. Est enim calidum, non transmittit gibbas hepatis. Potius vesceretur assis. Hyeme pane, ut vocant, biscocto, non soleanni de pane qui de capitulo vocatur, aut consimili.

Notandum est valdè quod scribit Hippocrates lib. 1. de morbis mulierum, dum rationem reddit, cur mulieres tam difficilibus morbis implicentur, qui & ægras lateant, & Medicos. *Ἐπιάνθια τὰ νοσήματα εἰσι ταῖς γυναῖξιν; ἡ ὄξειά, ἡ μεγάλα, ἡ χαλεπὰ ξυνηέναι. Ἄλλ' ἔστι' ὅτι αἱ γυναῖκες μετέχουσιν τῆ νόσου. ἡ ἐστ' ὅτε οὐδ' αὐταὶ ἴσασιν ὅτι νοσέουσιν, ἢ ἢ ἔμπειροι νόσοι γένωνται ἀπὸ κατὰμνήων, καὶ ἔωσι γενέσθαι. τότε δὲ σφίαι ἢτε ἀνάγκη, ἡ ὁ χρόνος διδάσκει τὸ ἀπὸν τῆ νόσου. ἡ ἐστ', ὅτε τῆσι μὴ γνωσκέσθαι ὑφ' ὅταν νοσέουσιν φθάνει τὰ νοσήματα ἀνιέναι γινόμενα, ἢ ἢ διδάσκειν τῆ ἰατρὸν ὀρθῶς ἀπὸ τῆς νοσέουσι, ὑφ' ὅταν νοσέει. ἡ γὰρ αἰδέονται φοβέσθαι, καὶ εἰδῶσι. καὶ σφ' ἰατροὶ ἀσχερὸν εἶναι ὑπὸ τῆς ἀπειρίας, ἡ ἀνεπιτησιότητος. ἀλλὰ δὲ καὶ οἱ ἰατροὶ ἀμαρτάνουσι ὅσα ἀσχερῶς παθησύνουσι τὴν ἰατρᾶσιν τῆς νόσου. ἀλλ' ὡς ἀνδρῶν νοσήματα ἰαμενοί. ἡ πολλὰς εἶδον διαφθαρῶν ὑπὸ τῶν τοιούτων παθημάτων. ἀλλὰ χρὴ ἀνέρωτᾶν αὐτίκα ἀσχερῶς τὸ ἀπὸν. διαφέρει γὰρ ἡ ἰήσις πολλόν τῆς γυναικείων νοσημάτων, καὶ ἀνδρῶν.*

In gradiendi impotentia post morbum valdè diurnum; cum nescio quis extraneus calor partes eas occuparet, nec sanguinis spiritusque esset affluxus, ut partes ijs perfusæ vegetarent ac alerentur. In ijs quædam erat ἀρεσίας, καὶ παρασυσ species. Primum embroche ex oleo violato adhibita est, litus ex oleo amygdal. dulcium sine igne extracto, affusio aquæ omazorum, in qua infusæ fuerint vini optimi lib. ii. Litus ex medulla ceruina, aliàs in vino albo lota, aliàs in aqua rosacea, si caloris molestias vllas senserit.

Remedia ad gradiendi impotentiam.

Mulier iam paralyseos rudimenta quædam in parte sinistra habebat. Et cum de capitis dolore quereretur, ut tanto impetu in partem affectam humor non influeret, at reuelleretur, consultâ est phlebotomia in brachio sano. Quo die secta vena est, tanto impetu in partem sanam humor irruit, ut magna impotentia ei parti sit conciliata. Immo maiora in ea sana parte paralyseos argumenta fuerunt, quàm in sinistra iam veteremorbo afflictâ paruissent. Et hic euentus docere nos debet, ne temerè, cum humor frigidus est in motu, venam secemus. (Verumtamen vixori detractus sanguis ex dextro brachio, cum tamen manus torpida esset, nil inde tamen secutum incommodi.) Idem ferè euenit nobili mulieri. Hinc dolor capitis crudelissimus. Impetu humor descendit in collum, scapulas, & adiacentes partes. Clamores, eiulatus, agitationes, lancinationes, & punctiois sensus. Secta vena ad tantum dolorem compescendum. Non ita longè post torpidum penè erat brachium, & contrectandi impotentia erat: Sic in catarrhosis, & præsertim dum humor tenuis & serosus vult confundi cum sanguine, à phlebotomia abstinendum. Nam prouocatur catarrhus, refrigeratur pars. Nisi fortè in contrario brachio fiat sectio. Tamen mihi magis placet aliud remedium, nisi calidissimus sit humor fluens, & magna sint argumenta confusi humoris defluentis cum ipso sanguine. Ita enim ob perturbationem sanguinis facile corruptio contingit. Quamquam dubitari potest an ἀρεσίας debeat mitti sanguis?

In rudimentis Paralyseos vena non secanda.

Cum Nutrices fiunt pleuriticæ, grauiter ægrotant, & magna dyspnœa tenentur. Idque fieri puto quoniam &

mammæ attrahunt, & ad eas impetu humor fertur, vt in libris de simplicium medicamentorum facultatibus Galenus astruit; si demitur sanguis, an non propter transumptionem à venis, in venas faciliè albicans apparet: vt faciliè imponat Medicis credentibus, talem humorem & colorem à corruptione esse?

In febribus quibusdam continuis hidroticis locus esse potest.

In febribus tertianis iuuat plurimum sub finem accessionum, præsertim si morbus progressus iam est, & coctionis signa aliquot paruerint, dare aquam vino albo perfusam, siue dilutum valdè aqua vinum album ὀλιγοφόρον. Nam sudores prouocat. Tum autem maximè sudores profunt, cum obstructionibus sublatis, corpus internum apertum est, & restat fortè quædam cutis constipatio, quam aquæ egelidæ lautio potest tollere. Immò etiam in quibusdam febribus continuis, cum vel oblita sui officij natura videbitur, vel cutis spiracula erunt obserata, hidroticis locus esse potest, vt venenatus morborum halitus, & spiritus vnà cum sudore erumpat.

Aqua laudabiles multa coctione deteriores fiunt, malè contrà.

Hoc ex Vitruuio Authore probato, in arte Medica sancitum esse debet de aquis: Cum laudabiles erunt, & iisdotibus præditæ, quibus esse debent, breuem coctionem querunt: Contrà, cum illaudabiles erunt, multa coctione opus habent. Nam bonæ coctione amarescunt, deterioresque fiunt; malæ verò coctione, dum malitiam exuunt, adscitiam naturæ indolem induunt.

Arteriotomia in capitis dolore arista? Aphor. 7. lib. 6.

Yuoni Chirurgo ἀπυρέτω ἔστιν ferè dolores aderant capitatis profundi, vehementes, lancinantes, diuellentes, διατοσούτες, vt indè vires penè consternarentur. Atque Hippocrates scribit, dolores sublimes non sublimibus minùs esse malos, ob difficultatem curandi, & symptomatum vehementiam. Adde quod quò profundiores sunt, eò partes magis momentaneæ læduntur. Omni modo laboratum est, vt dolores sedarentur cataplasmatibus, pipionibus, farinis, oxyrhodinis, cucurbitulis, terna aut quaterna venæ sectione: Nil profectum est, immò ne pilularum quidem vsus profuit. Vena frontis secta, sed præsentissimum attulit remedium arteriotomia. Dicto enim citiùs dolores conquieu ère. An non idem tutò fieri potest? Qui sanguis detractus est, ei erat assimilis, qui ex brachio detractus fuerat. Verumta-

men sunt qui vt audacter arteriotomiam in capitis dolore celebrent, & de capite sanguinem ducant: dicunt multum sanguinis in capite esse, & sæpè etiam mortuis turgere venas. At primùm nosse debent cerebrum esse naturâ frigidum, & facillè refrigerare secta vena: Secundò abundare cerebrum sanguine per modum raptus tantum, non propter generationem: Tertiò, cùm in cerebro venæ turgent, hoc fuit morbosum, non naturale. Et Arist. lib. de somno ait, sanguinem capitis esse tenuissimum, contra partium inferiorum crassissimum esse. Ideò non fieri potest, quin tenuissimum sanguinem multi comitentur tum fixi, tum fluentes spiritus. Nisi fortè dicat quis, istam tenuitatem non posse esse, nisi cum caliditate. Et ideò metu inflammationis, & maioris mali non esse alienum è capite ipso demere sanguinem. Contrà faciunt superiores rationes. Item, quod cerebrum ab Hippocrate dicatur esse glutinosum, frigidique metropolis. Vide Hippocr. lib. 7. Epid. in histor. Halicarnassensis, ad dissuadendam phlebotomiam, præsertim frequentem, in dolore capitis.

Vulgò obseruatur procliues admodum esse catarrhos in dentium acetabula, si dens vnus vitium attigit: sublato dente, aut confestim cessat affluxio humoris, aut saltem nullo graui symptomate se profert. Sin dens remanet vitiatu, nullus penè dies est, quo non, præsertim vesperi, aut externa aliqua occasione incidente, & dolores recrudescant, & non affluxus humoris aliàs frigidi, aliàs alius generis percipiatur. Vnde hoc quoniam imbecillitas partis & vitium iuuat istam procliuitatem catarrhi, immò veluti irritat, prolicit atque prouocat. Quod mediis-fidius mirandum est, maximè verò, exempto dente fluxionum prouocatore tam repente fluxum consistere. Hoc exemplum satis nos potest inducere ad cognitionem repetitionis februm. Nam necessariò in ventre statuenda est diathesis mala, eodem modo viscus aliquod occupans, ac vitium dentem ipsum: illaque diathesis, & infirmitas partis, & vitium corruptionem alimenti in parte facit, & motus humoris eius qui facillè mouetur, causa esse potest. Et sublata diathesi, vitio partis correcto, necnon ἀπίοτος ἐμπυρέματος, cessat motus, irritatio, prouocatioque humorum febris, aut similis affe-

Dentium doloris causa.

tionis authorum. Eodémque modo febris aliqua particularis esse potest. Vnde quidam narrant os, aut caput, aut manum aestuare videri, ac si feбри particulari prehendetur.

Qui fit, vt eæ mulieres quibus mensis supprimitur, de dolore (quem vocant) stomachi querantur, dicantque habere se manifestum cuiusdam ponderis ibi incumbentis sensum. An circum os ventriculi sanguis colligitur? Nequaquam. Sed id fit propter hepatis simas quæ sanguine oppletæ sunt, & ita hepar quodammodò grauius redditur, & propter sanguinis conculcationem, & speciem quandam ἐμφορέως non habent suum motum, & impetus naturales τῶν ἐνορχίων. Quæ causa est, meo iudicio, cur ponderis grauitatisque sensus tantus in ea parte sit. Sed cur non in partibus reliquis idem contingit? quoniam positis partibus causis doloris in ea maximè aut dolor, aut sensus grauitatis adest, quæ exquisitioris sensus est. Accedit quod cum per vterum, potè aut vitiatum, aut obstructum non liber fit exitus, sursum fit refluxus, vt testantur vomitiones cruentæ, mulieribus non mensuris consuetæ. Mirunt itaque non fit, si huius maximæ suppressionis primas notas & damna os ventriculi habeat ac ferat. Immò initio februm cum maxima est cacochymia, circa ventriculum dolores sunt maximi, quod circum eam partem primùm tumultus fiant. Hippocrates refert ad ipsius hepatis, & vicinarum partium quandam intumescenciam & eleuationem.

Galenus in
comm. ad
partic. 37. lib.
3. Prorrh. ubi
plenissimè
hanc dissol-
uit questio-
nem.

Mulieres
quibus men-
strua suppri-
muntur,
de dolore cir-
cum os ven-
triculi que-
runtur.

Com. in par.
1. sect. 1. lib. 6
Epid.

Corpora ser-
uorum mi-
nùs serunt
morbo, &
remedia quæ
liberorum;
eorundemq;
comparatio.

Qui fit vt corpora seruorum, & seruorum dura, compacta, solida, non lubricæ sanitatis, vt corpora liberorum, sæpè in morbis, purgationibus, & venæ sectionibus faciliùs obruantur, premantur, deficiantque; quàm corpora quæ sunt apertiora, molliora, subtiliora? Immò testamur obseruasse nos sæpè eiusmodi corpora faciliùs λεπτόν, καὶ ἐλαβέον in purgando, & venam secando, quàm alia. Tres causæ esse videntur. Primùm, cum hæc corpora a atro apta, dura, & compacta sana degant, nec facile morbis implicentur, & non nisi magnis, & grauibus à causis percussa in morbum cadant, sic magnitudine causæ territa imbecilliora redduntur. Secundò, cum in his humores crudi sint, nec tam putres sint humores, & ad putredinem apti, quàm sunt

sunt

sunt corporum delicatiorum, & delicatioribus diatis vtentium, non facillè ferunt pharmaciam: Immò in censu corporum sanorum ferè habentur, etiam cum ægra sunt, vnde eorum morbi longi sunt, & antè corpora imbecilliora morbo prædita, aut sanitati restituta sunt, aut morbi vi percussa & abrepta, quàm duriorum corporum morbus ad incrementum processerit. Sic cum Medici in vilibus istis mancipijs audaciùs vacuationes instituunt ac periclitentur; non mirum si valdè perturbant. Nam & sana corpora, & crudissimis humoribus scatentia medicamentis agitata exoluuntur. Tertia ratio. In corporibus densis, obstructis, magnis & densis visceribus præditis, ob compactionem non facilis est, & excitus cursus, ac impetus, inclinatioque spirituum, quæ sursum ac deorsum ferri debent ad corporis illustrationem, vt mirum non sit, si eiusmodi corpora facillè obruuntur, & morbo implicita ignaua redduntur. Quæ enim ratio est corporum densorum ab Hippocrate assignata, ea potest esse corporum seruilium: ferè enim densiora, & compactiora sunt. At Hippocrates lib. de morb. mulierum, docet corpora mulierum densa non abundare lacte, quia à ventre ad mammas lac facillè non penetret, cum via sit densa. Item, Hippocrates sectio. 7. lib. 6. Epid. notat de quadam constitutione, in qua à sero malo multa mala vagarentur, præsertim anginæ: Mulieres non affiebantur; sed viri, immò ij peribant: Deindè dum loquitur de liberis virginibus, hæ non grauitè laborabant, sed famulæ si quæ corripentur, interibant. Sic notandum, quod summus vir Hippocrates non modò in conditione corporis, sed in conditione vitæ aliquid ponit admirandum. Plinius cap. 50. lib. 7. & cap. 1. lib. 26. obseruauit aliquando proceres potiùs tentari morbis, aliquando seruos. Explicationem huius quæstionis ex sequentibus erues. Multas alias rationes in eam rem confingere, comminisci, & architectari possemus. Sed hæc abundè erunt.

Vnum annotare optimum, & vtilissimum fuerit; quoniam hic plerosque falli comperimus. Plerique queruntur de dolore pectoris vnàque ventriculi, & sese animam ducere non posse dicunt. Statim Medicorum quorundam vulgarium opinione ad phlebotomiam concurritur. At nil,

N

aut parum proficit. Declarat rerum exitus. Etenim si vel cholera morbus succedat, vel alui fluor, vel medicamento laxante aluus sollicitetur, manifesta est dolorum istorum leuatio. Sic cacochymia, obstructio hypochondriorum dolores facit, qui maximè apparent, & proferuntur in pectore ob consensum diaphragmatis, & quia in thorace communis est membrana, & lateribus, & diaphragmati parte conuexa. Sic in ijs qui melancholia flatuosa tenentur, circum mammæ, & sternon, & latera dolores surgunt; an propter eam venam secabis? Non; præsertim ad euacuandum; sed si velis, & vrget dolor, ad aperiendum, & libertatem obstructionis, potest parua sanguinis detractioe occurrere.

II. Sic initio paroxysmorum, & in specie incubi, & contumaci obstructione viscerum, excitantur dolores in thoracis partibus, & frustra secaretur vena. Sic in talibus tentandam prius purgationem existimo, non phlebotomiam, contra opinionem vulgi. In doloribus excitandis maximè valet illud quod dicitur, totum corpus conspirare, ac confluere; vt sæpè dolor alia in parte excitetur, quàm vbi causa primaria fit.

5. Aphor.

Lac in colico dolore, atque bilioso bo-
nium.

In doloribus colicis, ijsque biliosis lactis vsum valdè contulisse vidimus, vt in genero Beasaldæ. Et tanetsi Hippocrates interdicit lactis vsum, dum eunt deiectiones biliosæ: tamen nisi insignis aliqua sit febris quæ corrumpat lac, ab eo abstinendum non videtur. Si in ventrem clysmate iniicitur, & nulla indè insequitur noxa, cur non in ventriculum iniecti poterit, in quo cum diu non cunctetur, corruptionem non acquireret?

3. Epid. 2. lib. 2.
Epid.

Terminithorum origo
quæ.

Terminthi, id est, pustulæ nigræ ex affato sanguine, quæque in tibijs maximè apparent, cuidam apparuerunt in febre continua apud Hippocratem. Et innocuæ fuerunt. Medicis ignaris hoc terrori esse potuerit. Sed diuino quodam modo originem huius rei explicauit, ait enim, ὑπὸ σπληνός ἐστιν, sublienosis erat, ac si lienem huius mali authorem statuat. Si tales pustulæ apparuissent vi febris, aut malignitate humoris, malum id quidem foret: sed talis eruptio peculiarem diathesin partis alicuius sequitur. Sic splenicis in febribus nigrum meïere videmus, & tamen nihil signi denuntiatur.

Damifellæ de Vieil moulin nigræ pustulæ efflorescunt aliquando in toto corpore, & nil indè incommodi sequitur, feruentiore est iecore. Tunc primùm cœpit ista eruptio, cùm annos vndeuginti nata decussa ab equo, humique velut semimortua prostrata, & attonita sanguinem ore reiecitavit. Credibile internam fuisse sugillationem, & ecchymosin, cuius adhuc est soboles ista efflorescentia pustularum, & ecchymaton. Idem planè contingit Damifellæ de Goupigny, cui tibia læsa fuit. Has pustulas Hippocrates sectio. 3. lib. 2. Epid. vocat περιχίσματα καὶ λεῖψα τῶν ὑπὸ κωνάπτων γινόμενῶν ἴσχυρα ἀναθήγματος. Asperitatis milio similes, & haud dissimiles morsibus pulicum. Si talia in febre continua efflorescerent, an de maligno verendum esset? Nequaquam. Hoc enim est veluti ex numero ἢ συγγενομένων.

In febribus laboriosis, & iactatione plenis, præsertim, dum ijs mulieres conflictantur mensium eruptionem vidimus; & tunc valdè anxij sunt Medici, an ratione tam sæuæ febris secunda sit vena; & an tutò secari possit; quoniam ex ista mensium eruptione non tam promptum sequitur remedium, ac ex ipsa euacuatione sanguinis per phlebotomiam. Obseruamus enim quotidie parum adiumenti afferri mulieribus febricitantibus insigniter. Contrà si demitur sanguis è brachio, manifestus apparet profectus. Quod autem erumpant menses in ista symptomaton, in febribus agitatione, Hippocrates docuit in Coacis. Horrores, labores, dolores capitis, & colli molestiæ, menses proritant, vt Domini Guerardi vxori quænit. Anteuertent menses. Hippocrates 7. Epidem. notat de Cleomenis vxore pleuritica. Quarto die copiosi menses fluxerunt, dolor lateris, sputa; omnia denique cessauerunt. Vide quanti faciendæ est ea eruptio.

In Coacis.

Dominæ ab Insula Nutrici putabatur esse abscessus sub lingua, nomine batrachium. Non erat tamen humor, qui abscessum & tumorem committebat, adèò induruerat, vt lapidesceret. Ac in peluim iniectus in ægræ faciem resiliijt. Idem Hippocrates obseruauit, ne hoc insolens esse videatur.

Lib. 2. Epid. sect 3.

Hippocrates passim narrat, quibusdam mulieribus non.

Sectio. 3. lib. 2. Epid. lib.

N ij

de superfe-
ratione, &
Epid.
2. Epid.

nulla accidere, dum vterque concipiunt, alia adesse antequam conciperent; postquam conceperunt, abesse. Atque inter cæteras, narrat cuidam cum prægnans fieret exanthemata solita esse erumpere, quæ postea evanescerent. Atque nostrâ memoriâ vidimus uxorem Domini Amorrhæi, quæ conceptus certissimum hoc habet argumentum, quod in tibijis varices intumeant, & dolores arthriticis non absimiles patiatur.

σπλοτύ, ἢ
Paralyseos
species novus
morbus non
est.
Gal. in libro
definitio me-
dicæ.

Epist. 14. lib.
2. Epistol.
Lib. 2. Pro-
rbet. in quem
Gal. non est
commenta-
tus.

In Diui Victoris cœnobio Monachus est annos 35. natus, qui decumbit ob resolutionem artuum inferiorum, crurum, & tibiærum. Cætera sanus est, alacer, & expeditus, functiones omnes probè exercet. Nil est venereum. Medici nil vnquam tale accidisse credebant. At nos legimus morbum istum ante Cæsaris Germanici expeditionem contigisse ex vsu corrupti frumenti, & rerum vitiatarum, vt Strabo scripsit, & à dissoluendis genuum, & crurum compagibus nomen meruit σπλοτύρβη. Est autem species σπλοτύρβης, qua qui correpti sunt, recto calle progredi nequeunt; sed modò à dextris in sinistrum vacillant, in progrediendò que crus attollere ipsi coguntur. Langius acutissimus scriptor huius mali originem repetit ex spinalis medullæ vitio, ob destillationem, quemadmodum ex ipso Hippocrate sumit, vt meiendi, & egerendi actio aliqua ex parte lædatur. Hoc notatum volui, quoniam plerique sunt, qui vt speciosam aliquam suæ ignorantix excusationem, & velum prætexant, & obtendant, morbos sæpè grassari insolentes, & antiquis minimè cognitos palam profitentur.

12.

ad illud
lib. 2. c. 2.

Scitu valdè dignum est, quòd fiat vt multis quibus putrefacta penè viscera reperta sunt, laudabilis sanguis detractus fuerit, item & viris, & mulieribus multis *σποχλωροίς*, pallidis, ac ferè virentibus, cum alioqui iudicasset sanguinem non absimilem colori (cum quale alimentum, id est, succus in venis, talis color efflorescat) tamen florentissimus sanguis detractus fuerit, non serosus nimium, non subviridis, aut virore pallidus. Quare, si tale alimentum, id est, succus in venis consistens, qualis est color, sanguis iste omni culpa vacat? Tribus rationibus id fieri putamus. Prima est, quod hepar benè ac probè suum facit officium, quoad fieri potest, & sæpè in habitu corporis, & in capillaribus venis per facultatis assimilatricis vitium, & peculiare vitium

in cute, quod à diathesi interna contractum magna ex parte est, non ob vitium vllum in massa sanguinis, sed in parenchymate alicuius partis, alimentum vltimum corrumpatur. Sic tamen si laudabilis suppeditet succus ab hepate, & vasis maioribus, tamen vitium in habitu accersit. Et sic cutis defœdatur. Ut multos videmus scabie infectos, aut simili vitio, quibus certò affirmamus nos impurum sectione venæ sanguinem detracturos, & tamen in ista defœdatione cutis illibatus, & incorruptus sanguis est, & opinionem, spemque fallit euentus. Nos Elephantiscis sæpè laudabilem sanguinem detraximus. Quanquam fieri potest, vt specie laudabilis sanguis appareat, cum intestinum aliquod vitium in eo delitescat, quod quidem in habitu corporis, & præsertim in partibus delicatioribus, vt in facie, cum vltimo elaboratur, & in rorem conuertitur, tum demum sese profert ac exhibet. Præterea si quis splenicus est, aut empyicus manente in venis sanguine puro, non desinit esse pallidus, emaciatus, subuiridis, aut nigricans, quia non in massa sanguinis vitium, & labis causa est, sed in alia parte. Vnde spiritus inficiuntur, non sanguis ipse (quod pertinet ad manifestum vitium) & ob spirituum infectionem, aut aliam atque aliam affectionem, ita quoque talis aut talis in corpore color apparet. Declarant ij, qui animo deficiunt, aut facile expallescent, aut erubescunt. Magna enim vis est spirituum. Et quod dicimus in viridibus, & pallidis, squallentibusque corporibus laudabilem detrahi sanguinem, illud debet intelligi *κατὰ μέρος*, secundum aliquid, non absolutè. Nam empyicis si cephalica aperiatur, aut basilica sæpè floridus, & *ἀνθρῶς* sanguis fluit, si mediana autem secatur, quia de parte, in qua vitium latet, quod compatiens corpori soli defœdationem aliquam affert, sanguis demitur putris, & illaudabilis est. Lienoso si sinistri brachij vena feriat, cephalica aut mediana, vitio carebit sanguis, si basilica eiusdem brachij, quia à parte affecta fluit, rapiturque sanguis, inquinatus erit. Si eidem feriat dextrum brachium, nulla vitij nota sanguini inerit. Si parotidas patienti, aut caput laboranti dempseris sanguinem, is vitium contraxerit, si ex basilica, immunis erit à culpa.

Quoties nos docuit experientia, multis mulieribus, dum

N iij

Laudabilis
sæpè sanguis
detrahitur
ijs quibus
viscera sunt
putrefacta.
C. cur?

animi etiam gratia, mense Maio sex, septemque sanguinis vasa detrahuntur, ea putri sanguine referta esse: si autem è naribus fluat, aut ab utero, vitio cariturus est? In hoc vis naturæ pellentis elucet. Vidimus enim sæpè impuris corporibus & languentibus, cum corruptæ maiori ex parte sanguinis massæ maxima forent vndique argumenta, fluxisse sanguinem laudabilem, quod fatiscerent, ac vacillarent vires, quibus paulò post resurgentibus, detractio impuri sanguinis facta fuit. Sic fieri potest, vt in decoloribus, pallentibus & defœdatis, cum in imo corpore Impuritas sanguinis multa restagnet, ac reses maneat, affluat patente vena laudabilis sanguis, impurus autem non expellitur, quia vires non constant. Certum autem est in impuritate sanguinis, & viscerum robur virium, & neruorum non posse stare. Ne mirum itaque sit, si impuritatem natura infirma non expellat. Præterea in multis expallescentibus sæpè sanguis crudus est, & pituitosus, & infra coctionem positus: mutatio autem sanguinis pituitosi est, vt ab vno puncto ad aliud moueatur per coctionem, ex pituitescente, & quasi albescente sanguine fit floridiusculus, ait Galenus; contra cum iam rubet, & mutatio contingit, ad nigredinem tendit. Et sic in alijs. Itaque mirum ne sit, si in ijs qui quadam specie hypofarcidij laborant, dum aperitur vena, floridulus & rubens visitur.

Præcipua verò causa huius rei, quam quærimus hoc loco, cur in cachecticis, & *ὑποχλωροῖς*, & cacochymis per-tusa vena sanguinem inculpatum eructat, ea esse statuenda, est, quod calor non efflorescit talis aut talis (vt quidam malè credunt) pro ratione, & natura humorum in venis contentorum, & qui suo complexu quatuor humores comprehendunt. Tametsi enim *τὰ συγγεγονότα κατ' ἐξοχὴν*, in illis dicantur esse, cum bilis, quæ in sua vesicula est, aut alibi, pituita, quæ circum ventriculum succus fœculentus, in liene, aut alicubi latet, dicuntur humores quatuor excrementitios statuere, qui *τὰ συγγεγονότα* dicuntur κατὰ π. Et cum moderati sunt humores, tum qui in venis sunt, & verè faciunt plethoram ad vasa, & ad vires cum exuberant, tum qui extra vasa sunt, & cacochymiam facere, constitue-reque dicuntur, cum naturæ gremio non continentur, tum

viriditas, & nitor apparet in toto corpore; immò sæpè, quod de Alexandro dixerunt Historici, fragrantissimus odor è corpore exhalat. Cùm contrà vtrique vitium contraxère, decutitur, ac deperit flos, & nitor faciei totiusque corporis: Et licèt massà sanguinis aliquando laudabilis sit, defœdatio cutis contingit ob diffusionem quandam ichoris manantis à colluue humorum: qui ichor, dum spiritus illustres inficit, pallorem quoque inducit. Et in recurſu sanguinis, & spiritus ad interiora, videmus decolorationem, aut plumbiformem faciem contingere: Et quibus internum aliquod vitium est, in ijs decoloratio est aliqua: Et tamen in vasis sanguis non peccat. Quia reuerà si omninò, & planè sanguinis massà talis esset in substantia, & colore, qualis habitus apparet, vix, ac ne vix subsisteret animans. Vndè illa extenuata mulier, cui in vasis sanguis pici similis esset, ideò non proficiebat, quia sanguis erat *μελαγχολικώτερος*. Præterea hoc addam: Tametsi sæpè, vt antè dictum est, specie ipsa, & obtutu apparet in superficie floridulus sanguis, non proptereà tamen idem de reliquis, qui subsunt humoribus, iudicium esto. Non desinit enim esse aut biliosior, aut serosior, aut nigrior. Vndè in melancholicis iubebat Galenus, spectandam esse sanguinis colorationem, vt mittendi sanguinis consilium capiatur. Cùm est niger, id est, vitium quoddam totius corporis sequitur, audacius mittatur, cùm floridus, id est, tametsi fundum, & ipsius sanguinis fæx, quæ subest toti massæ, vt depressa suo pondere, à natura descuerit: tamen quia in superficie flos quidam, & rubor sanguinis apparet, hoc indicium est, Socratem, aut Calliam particularem tantùm habere melancholicam affectionem, vt fortè in parte, in qua malum sedet, sanguis vitio non careat: sed non idem est de toto corpore. Itaque cùm etiamnum apparente superficie sanguinis florida, aut manifestum, aut occultum est in reliqua massæ sanguinis parte vitium, non mirum si cutis per diffusionem illius partis vitiosæ inficiatur. Erat enim in suo vase ruber sanguis, sed cùm egressus est, & in morem roris effunditur, vt tertio fiat alimentum, tum partes verè sentiunt, qualis naturà erat sanguis ille. Nam omnes partes, pro sua quæque ratione & natura, nutriuntur, aliæ bilio-

14.

15.

16.

fioſe ſanguine, aliæ pituitoſiore, &c. Quid ſi ſanguinis maſſa ſit bilioſior, aut *μελαγχολικωτέρη*. In tertia aſſimilatione, & vltima elaboratione qualitas ipſius ſanguinis tum demum apparet: maximè verò ſi habitus corporis, & tertia regio à natura aliena fuerit, cùm antè docuerimus aliquando vitium eſſe in habitu corporis, cuius ferè nullum eſt in partibus internis ſeminarium. Sic decipi non oportet, iſta coloris, & ruboris in ſanguine apparentia, & prætextu.

ſeção 4.
lib. 2. Epid.

Sed duo valdè notanda ſunt hoc loco ex Hippocrate, prius eſt, cùm ait in Epidemijs, diligentia adhibenda eſt, vt excandefcentia inducatur coloris reparandi gratia; Græcè, *ὅτι χρώματος ἀναλήψιως ἕνεκα, καὶ ἐγχύμασις*, id eſt, vt color reſtituatur, & ſanguis ſuffundatur, id eſt, quidam ſunt plumbei, deſcædati, pallidi, pituitoſi; in quibus velut reſtagnat in venis ſanguis, qui quia non excitatur, nec effluit vti e venis, & ſuffunditur in ſuperficiem per quamdam *ὀπίλαμψιν*, decoloratio, & *ἀχροία* manet; ſi autem ira inducitur, aut aliquid ſimile, quod ſpiritus, & ſanguinem ignavos exuſcitet, attenuet, & ſuffundat, tum demum coloratio corporis apparet. Hoc autem fit per quamdam *ἐγχύμασιν*. Quæ vox notanda eſt. Aliud enim eſt *ἐπνεχυμασμένον*, & *ἐκνεχυμασμένον*: *ἐκχύμασις* enim egreſſum eſt proprijs conceptaculis ſignificat, vt fit in ſugillationibus, & contuſionibus, *ἐγχύμασις* non iſtam egreſſionem ſignificat, ſed diffusionem humorum ſignificat. Vt cùm in ictero ſuffunditur bilis *ἐγχύμασις* eſt: hoc autem loco Hippocrates dum corpori nitorem conciliare vult, nomen *ἐγχύμασις* uſurpat, non pro bilis, aut alius humoris diffusionem contra naturam, ſed pro naturali caloris, ſpirituum, & ſanguinis perfuſione, quæ primum corpori nitorem reſtituit. Vt cùm à ſomnio deſurgimus, eoque longiore uſi ſumus, decolores, pallidique, & velut decocti apparemus, cùm verò aut corpus mouimus, excuſſimus, & exercuimus, tum veluti abacta caligine, & corporis nube primo nitore, & viriditati reſtituimur. Et in hoc viſi *τῆς ἐγχύμασις* eluceſcit, & enitet. Sic ſi diffuſio fit illuſtris ſpiritus, ſanguinis, & caloris affluentis temperati, halituoſi, & *ἀτμώδεις*, tum nitet facies: ſi calor diffundatur acer, mordax, ſiccus, ſquallidus, nebuſoſus, ac caliginoſus ſpiritus, & ſanguis, deperit floſculus, & nitore vultus, totiuſque

tòtiusque corporis decutitur viriditas. Et tunc non oportet tantùm intelligere de humorum in vasis contentorum dispersione, sed de calore contento in corde, & spiritibus qui ab infinitis humorib⁹ excrementitijs, qui in corpore continentur, inficiuntur. Nam quis dubitat, quin si in mesenterio, in simis, & gibbis hepatis, in lienis penu colluiescatet prauorum humorum, & iam à natura egressorum, à spiritu, & vapore illinc elato, non afficiatur massa sanguinis, deindè coloris corporis amissio fiat, vtpotè habitu ipsius feciditatem istius vaporis persentiscente? Sin moderati sint humores excrementitij, aut qui extra vasa in vsum naturæ asseruantur, vt τὸ φλέγμα, quis dubitat, quin benignitas illius vaporis, iuncta benignitati vaporum eius succi, qui in venis est, & qui proximè alit, corpori nitorem sit conciliatura? Videmus mulieres πῶ laborantes, dum fluor persequeratur, etiam boni coloris esse: si supprimitur, faciei splendor obscuratur. Quanquam reperio duplicem ἐὺ χροίας, (coloris suauitatem verto ex Cicerone) vnàm naturalem, de qua dictum est; alteram contra naturam, & ea aut est præsentis morbi signum, aut futuri prælagitio. Præsentis, vt ἐμπύου rubentes, & floridulas habent genas, qui color vulgo placet, Medicis ingratus est. Futuri autem, vt cùm quis multis humoribus abundat, qui tamen adhuc retinentur à natura, & aliqua ex parte reguntur, vt ἐν τῇ ἕξει ἀθλητικῇ, ob habitus bonitatem summam, & plethoram maximam facilis in morbum est casus. Vndè Hippocrates (quod est maximè notandum, & valdè huc pertinet) scribit, circa faciem ἐὺ χροία, & sudores sine febre, stercora vetusta, aut subesse significat, aut inordinatam vitæ rationem. Et hoc futuri morbi prælagium est: Ista enim bona sunt suspecta, vt sic loquar. Et ita affectos intra paucos dies derepente videmus interire. Sangermani historia huius rei fidem facit. Et tamen si ἐὺ χροία illa mala sit, quia tamen de natura sanguinis retinet, non tam mala est, ac si aut plumbea, aut viridis cum pallore esset facies, etsi solueris habitum corporis, facile est à periculo corpus vindicare. Facit enim suppressio humorum (quorum nimietas nocet) ad nonnullam coloris suauitatem, sed suspectam, si ad summum res deuenit, vt alij fluor, & lubricitas ad pallorem, & deformitatem facit. An verò

17.

In 3. oratorio

18.

In Coacis.

O

19. ichor, & fœtens colluies ad bonitatem coloris faciebat. Ita sanè ex euentu. Et hoc exemplo scies, quomodo non à solis in vasis contentis humoribus manat nitentis faciei occasio. Accedit quod cauendum est, ne hîc decipiamur. Nam sunt plerique, quibus os ventriculi delicatius est, aut pars aliqua perenniter laborat, qui decolores apparent, cùm tamen bonitatis in humoribus, & τῆς ἐπιτελεχίας summa sint omnia.

*Lib. de officiis
naturæ.*

20.

Posterius illud quod Hippocratis esse dixeramus, est, Colorum mutationes corde astringente venas, & laxante fiunt. Laxante quidem rubicundi colores fiunt, & benè colorati: constringente verò virides cum pallore, & liuidi. Quæ omnia ob recursum sanguinis, caloris, & spiritus fiunt, vt in animi pathematis. Et hoc loco non repetit suauitatem coloris, aut eiusdem deprauationem ex succis, alendo corpori idoneis, qui sunt tantùm vt materia, sed à calore, qui tanquam est causa efficiens, cui proximè adhæret spiritus. Magna enim vis est rerum affluentium, ad colorum mutationem. Vndè Hippocr. in iudicio de coloribus, & humorum dominatu faciundo, celebrat suam ἀμπωτιν, quoniam difficile est iudicare de ijs, nisi omnia sint sedata, & tranquilla, & nisi diligenter animi aciem intenderis.

Miror, cur in herpetibus, inflammationibus, in quibus humectandi, & refrigerandi consilium est, non potius ad aquam solam recurrimus, quàm ad aquam & succum plantaginis, & similia.

*Vt oratio
mentis est
character,
ita vultus
animi index.*

Galenus, ni fallor, in 2. de temperamentis iudicandi, illam de moribus infitis, reconditori que natura, quæ ferè soli Deo, & naturæ patet, temeritatem quæ à physiognomis petitur, videtur conuellisse. Frons multis simulationum inuolucris obtegitur, vt sæpè mentiatur, callidissimosque decipiat. Tamen quidam Græcè, Latinèque doctus, ita de isto iudicio sentit ad Physiognomiæ commendationem. Quemadmodum oratio mentis est character, ita & vultus animi certus, & constans index existit. Cælo enim ipsius capitis proximus animus, sensuum aciem, mentis rectionem, & altissimum culmen attingit: ex quo tanquam ex alta specula recondita animi sensa comprehendimus. Sic in vultu diuinus ille, & augustus Architectus

naturæ cuiusque inflexiones, motus, inclinationes ac procliuitates, ad certa morum, actionum, studiorum, & affectuum genera appendisse videtur, & appressisse, vt recessus animorum, & latebrę in conspectu obtutuque forent. Quò proximè ad deorum numen, vim ac potestatem accedere. mus, vt qui ex manifestis lineolis, & monticulis internas rerum variarum intelligentias, & imagines profundiore conscientia pressas, arctas ac constrictas eliceremus ac erueremus. At quoniam in his labi, & decipi facile est, & quod sacra pagina vetuit, si quis ita faxit, dum intestina hominum sensa scrutatur, & inquirit, prauo de aliquo opinionis errore seducitur, ac fluctuat; satius multò est nosse seipsum (quod ipsum difficile cum sit, tum difficilius de alijs scire) quàm in mores aliorum ita leuibus ex argumentis, & instrumentis inquirere, & potius ex effectis manifestisque indicijs suspensum tuum iudicium, ac opinionem valdè anticipem, nutantemque subleuare ac roborare. Alioqui, dum te languida, supina, & erronea opinio, ac de cuiusdam moribus haud dubiè occultis, & non nisi magno rerum ylu euoluendis, inquisitio transuersum agit: fortè enim malæ indolis esse putas, qui egregiè ad virtutem natus sit, contra tuę istæ egregię lineolæ opinionem tibi faciunt de cuiuspiam probitate, aut scælici ingenio, qui cum in summa rerum ignoratione versetur, sit tanquam quiddam cassum, & inani vocis sono decoratum, aut in quo omnium vitiorum ac scelerum sit cumulata complexio.

Physiognomia fallax.

Hystericas mulieres videmus aliquando quibusdam contractiunculis capi, quæ non sunt malæ, & de genere verarum conuulsionum, affecto neruorum principio. Ideò Hippocrates in Coacis ait *πασμῶς*, in hystericis, si sine febre sint, esse *εὐχερῆς*, id est, faciles, non periculosos. Quanquam Galenus in comm. de voce *εὐχερῶς*, dubitat valdè: Sed, quod valdè notandum est, in commento Galeni non vsurpat eam vocem, *πασμῶς*, qua in contextu Hippocrates vsus est: sed ait in hystericis fieri contractiones conuulsiuas continuas, quæ cæteris conuulsionibus simile periculum non habent. Sua lingua vocat *σπολλκας πασµῶδεις, & συνεχῆς*. Quod abs re dictum non est. Nam si esset verè *πασμῶς & συνεχῆς*, quis dubitat quin adesset

Hystericis conuulsionibus familiares.

Com. in par. ticul. 27. sect. 3. lib. 1. prorrhet.

præfens periculum. Ergo *σπασμὸς* est tantum *σπασμῶδης*, contractio quædam instar conuulsionis à flatu, videlicet sparso: qui si veram conuulsionem faceret, non abesset periculum. Et non tam principium neruorum pungitur ac feritur, quam per quasdam inanitates vapor fertur. De talibus fortè *σπασμῶδης* audiendus est locus Hippocr. sectio. 5. lib. 2. Epid. Si puerperæ conuulsio accidat, febrem excitato. Et lib. 5. Epid. in Cholera morbo oborti sunt *σπασμοί* ab aluo & intestino, sed erant potius *σπασμοί*.

*Vtero affecto
sinciput do-
let.*

*Com. in part.
1. sectio. 1. lib.
6. Epid.*

*Lib. 1. de
morbo nauis.
Epistola 49.
lib. 1. Epistol.*

Sincipitis dolores adsunt, potiusque in sincipite ipso symptomata clucent, si qua ex affecto vtero manent, quam in occipite. Galenus in hoc valdè laborat; tandem probabilem valdè rei huius rationem affert in Epid. Ac hoc quod verum sit, Hippocrates in libro 6. Epid. insinuat, sed multo apertius in libris de Morbis mulierum docet. Ita scribit. Partes sunt multæ, cum quibus vterus societatem habet, sinciput, & stomachus, meas quoque percellitur, improbâque fit. Langius verò, si ci fides abroganda non est, fatetur sæpiùs obseruasse se in hystericis, & quauis vteri affectione, verticem capitis propè futuram coronalem, qua glaci pondus mulieres se sentire fatentur, vtero affecto lege consortij condolere. Quod valet vt intelligas, an caput per vteri consensum laboret. Sed demonstratio huius rei, nimirum cur facilius omninò laboret cerebri pars anterior, est ex Hippocrate, lib. de vuln. cap. cum docet, in sincipite plus inesse substantiæ cerebri, & mollius est ea parte.

cap. 51. lib. 7.

Admirabilis est motus humorum febres committentium, cum diathesi ἀρρητῶ. D. De Masséparrault libellorum supplicum magister affirmavit, se semel annis singulis febricitare: cui obieci illud Plinianum, toties celebratum de Cæio Mecœnate, qui tota sua vita febricitauit. Et de Antipatro Sidonio, qui singulis, & omnibus annis semel die natali febre corripiebatur.

ANNOTATIONES.

1. **M**Orbus illius mulieris erat finitimus Siraſi puerorum, de qua Aëtius. Verum inter cetera ſigna cerebri, phlogoſin patientis, & velut exhausti, eſt vnum, quod nimirum oculos habent *ἄνοιος*, id eſt, puluerulentos, part. 17. ſectio. 1. prorrh.

2. Galenus in diurno lateris dolore, dum ſecuit arterias in manu, id tanquam miraculum memorat. At Hippocrates (quod mirum eſt) lib. 1. de morbis, in pleuritide ſine ſputo, à calore, aut ſiccitate ſecat in manibus venas. Credo illum dolorem lateris, cuius ſedandi ergo Galenus arteriam ſecuit, à vapore fuiſſe, & obſtuctione melancholica, cui certè prodeſt ſectio in manibus.

3. Quid ſi teſtes in tuſſientibus non tument ob humorem tranſlatum, ſed ob tuſſiendi conatum?

4. Initio lib. 2. Epidemior. hanc communiatem pulmonum cum teſtibus explicat Hippocr. Et com. in ultimam part. de Pythione lib. 3. Epid. docet operis ſocietate communiorem eſſe inter thoracem, & teſtes. Et quod valde notandum, vocis gracilitatem omnino ſoluit abortus varix ad dextrum aut ſiniſtrum teſtem, ob magnam communiatem inter partes thoracicas, voci, & reſpirationi ſeruietes; & teſtes ipſos. Vide initium ſectio. 5. lib. 2. Epidemiorum. Et ſectio. 5. lib. 2. Epid. ait: Quibus tuſſis ſicca, ijs non ſoluitur, niſi ad teſtes, aut crura irrumpat. Et inter ceteros locos valde notandus lib. 4. Epid. ſub finem. Sed nullo loco plenius meminuit, iſtius conſenſus thoracis, & partium vocalium cum teſtibus, quam cum ad Aphor. 41. ſect. 3. lib. 6. Epid. ubi & vocem, & genituram declarare ait iſtum conſenſum partium ſuperiorum cum inferioribus.

5. Cum quis malo inaudito tenetur, & dolor aliquis max hanc partem, vt crus; modo illam occupat, omnes ferè recurrunt ad corpus internum, & ad viſcera. Contra ſepè malum eſt cutaceum, aut potius ſuperficiarium, vt non tam ſit conſulendum corpori interno, quam externo. Id declarat aura à pollice, & pede Epilepſiam inducens. Et tunc malum in habitu

corporis est. Habitudo corporis autem est in ijs partibus, quæ prima oculis subiiciuntur.

6. Exemplum absolute communitatis est dolor punctorius: nam in vna tantum parte sensus punctus est, sed expanditur dolor sine materia longius. Galen. lib. de sanguinis missione.

7. Tametsi qui sæpè caput dolent, & hemicrania sunt implicati inuentur, aluo soluta, aut vomitione: non est tamen quod inferas per consensum à partibus imis esse morbum; non desinit enim esse per protopathiam cerebri.

8. Hippocrates de pleuritide sicca sine sputo mentionem fecit lib. 3. de morbis. Item particul. 27. lib. 4. acuto. meminit orthopnææ sicca, quæ non est à suppurato, sed à spirituum interceptione. Hippocr. lib. 1. Epid. sect. 1. part. 28. loquitur de ferina destillatione à qua pharynx vitatur, & breui extabescit. Quod ad hunc locum pertinet.

9. Si enim ratione particularis inflammationis, etiam audacter & commodè detrahatur pueris sanguis, cur ratione febris continuæ, quæ inflammatio est vniuersalis, vena non aperietur? Fortassis enim salis chalaesticis inflammatio particularis sedabitur.

10. In precedentibus docuimus, non nisi magna cum religione agitandos esse agros circa dies criticos: nam hinc hypercatharseis consequuntur. Sæpè enim emouemus materiam residem, & quæ non furit. Et si eam agitamus, & tunc fortè tum irritatione materiei, tum medicamento natura ad crisin incitetur, eueniet mors, aut graue aliquid. Sed dices, eò leuius habebit natura, immò grauius. Nam sæpè in crisi natura contenta est quodam sudore. Et tametsi omninò non cesset morbus, potè eius causa omninò non sublata, saltè diminuta est causa, & morbus. Et satius est naturam crisin aliquam non omninò perfectam, cum elapsus aliqua opinione, moliri, quàm conando cum natura coeffundere, eius institutum impedire, & mortem intentare.

11. Quid? dum in venis coctio facta est, & nondum excretio, vrinis apparentibus satis laudabilibus, sanguis impurus detrahatur. An id faciendum?

12. Locus de his præclarus est com. in part. 115. lib. 4. Acutorum, qui diligenter legendus est, & ad hunc locum ma-

ximè pertinebit. Nunquid primo prognost. dum vultum istum terrificum describit, causarum externarum maximè rationem habet?

13. Galenus cap. 9. lib. 3. de Crisibus, docet multis de causis contingere, ut in principijs accessionum suffocentur aeri, strangulentur, aere spirent, immò & moriantur aliquando. Huius rei ratio est, quia hepar ἀναπύσεται, & ideo mala symptomata surgunt. Vide Histor. 1. lib. 2. consil. meorum, circa principium.

14. Mirum esse potest, & quæstione dignum; quomodo mulieres decolores (quibus etiam bonus sanguis trahitur è vena) & cacochymæ tam malè habeant à detractiōne sanguinis. Ut Damisella Du bez. Ratio est, quia capillares vena sunt plena virulento, & seroso sanguine. Et est morbus in habitu corporis, eo modo, quo in Elephanticis. Et incumbendum videtur in habitum ipsum. Nam cum pestifera morbi vis in habitum ipsum sit reiecta, toties demere sanguinem è maioribus vasis, calorem ipsum nativum est imminuere. Quod diligenter observandum, ne graviter peccetur.

15. Galenus ad partical. 10. lib. 2. de diet. acutorum. Docet pituitosum, & crudum sanguinem, si ex loco inflammato fluit, florentem apparere; an propterea putandum est è loco affecto non fluere: quia est floridus? an aut timidiores, aut audaciores in secunda vena esse oportet?

16. Nunquid in mulieribus concepto semine statim decoloratio contingit?

17. Horum omnium demonstratio manifesta, & ampla peti potest ex hoc loco, ubi ait Hippocr. Qui ventre calido sunt, &c. part. 25. sectio. 4. lib. 6. Epid. ubi in comm. Gal. docet à calore acri coctionem corrumpi, & vix esse possibile, ut laudabilis sanguis in iecore generetur: Tamen potest esse floridus color, & in se esse acrior & biliosior. Unde quedam mulier ἰσοχλωρος, & eiusmodi prædita temperamento mihi affirmavit, si quando vel ex dentibus sanguis effluit, vel è capite, eum sibi gustu sentire falsum, & molestum. Ut mirum non sit, si id alimentum falsum partes respiciunt, & malus color apparet.

Annon reuerà malè consulunt agris Medici, qui inspectis quibusdam rebus, & affectionibus contra naturam in habitu corporis, ad internorum curam se conuertunt? Sunt enim vitia propria

partium internarum, sunt & ipsius habitus corporis. Et male ex affectione corporis externi de corpore interno iudicas. Quamquam color efflorescit similis alimento. Sed illud alimentum tam de proximo, quam de remoto intelligi debet.

Vnde obseruatum de quibusdam, quibus facies primam nitorem exuerat; immo aut virore, aut flauitie, aut pallore erat deturpata: in quorum prima regione viridantium, omnisque generis humorum erat cumulus, ac copiosa sursum deorsumque facta excretionem, primo nitore splendorique faciei sunt restituti.

18. Hippocrates libro de alimento ait, *Habitus athleticus non est à natura, habitus sanus melior in omnibus.*

19. Hippocr. lib. 1. de morbis, requirit ad generationem phrenitidis bilis motionem, & ut sanguinem subeat. Nam cum sani sumus, non transsumitur ichor à vasis in mesenterio contentis; sed dum egrotamus, facile ea fit transsumptio, & proinde deturpatione cutis.

20. Talia in multis mulieribus, & viris effeminatis visuntur, qui se facile à perturbationibus vinci superarique patiuntur, nec eam constantiam seruant, equabilitatemque, quæ in homine verè viro cernitur, ut omnium perturbationum radices facile elidat, & inconcussus maneat. Qui ita molli, muliebrique sunt animo, statim pellucens, ac florent, ac minimo molestiarum venio facile quatiuntur. Vulgò vocantur iournaliers.

21. Quod de Physiognomicis hic dicitur, idem de astrorum vi in animos, & corpora nostra. Astrorum decreta non sunt pratoria, nec astrorum significationes vim afferunt, licet omnino non sunt otiose.

FINIS.

EPIDEMIOLOGVM

GVLIELMI
BALLONII
MEDICI PARISIENSIS
CELEBERRIMI.

ΕΠιδήματα

Εφημερίδες

Πάρρηρα,

Τετηνηδιά

Ερωτήματα αξιόλογα

Σύμμικτα

Morbi populares.

Diaria.

[id est]

Appendices.

Observata.

Quaestiones memorabiles.

Miscellanea.

ÆSTIVA CONSTITVTIO

Anni Domini 1575.



DEPREHENDIMVS seri biliosi, I.
 efferi si quando aliàs, magnitudinem,
 & malignitatem : Atque huius maximè
 vis & copia in cerebro apparebat : quod
 cum plethoricis auctum esset sympto-
 matis, non mirum si ophthalmiarum, *Morbi ob se-*
 præsertim siccarum, parotidon non fu- *ridominas.*
 nestarum, & sine febre, tuberculo-
 rum circum maxillas, dentium dolorum, colli, & occipi-
 tis dolorum maxima fuerit annona. Atque inter cætera
 capitis dolores viguère tanti tamque longi, vt Medicorum

Ε

2.

*Diathesis in cerebro.**Fernel. Cap. 1. lib. de morbis. Comm. in Aphor. 3. lib. 7. Aphor. Rubor oculorum phlogoseos in cerebro argumentum.*

3.

*Vndè dicatur seriasis.**Aëtius Cap. 13. sermo 4. Tetrab. 1. σεισιάζου quid. Langius lib. 1. Epist. 14. Febris capitalis. Phrenitidis & seriasis differentia. Lib. 1. probl. 96. problemate.*

4.

opera cluderetur. Seri malignitas remediorum vim superabat. Nec non conclusum ibi in capite, & exitum non habens, non poterat non affectionem nutrire. Et quod nobis videbatur, illud serum peculiarem in cerebro generationem habens, & quod indomitos capitis dolores inferebat, diathesin quandam in cerebrum induxerat, quæ tantæ diurnitatis causa existere potuit. Vndè cum sine febre ægri viderentur, tamen erat nescio quæ oris siccitas, oculorum rubedo, pulsus in temporibus manifestus, sensus punctationis & lancinationis. Ac valdè notandum, quod Galenus scribit, Rubor oculorum cum sequi possit ob ventriculi inflammationem, maximè verò existit propter dispositionem in cerebro inflammationi similem. Atque tunc dolor est quidam perseverans; & habet aliquid puerorum τὴν σεισιάζου, aut σείσιον referens. Est porro quædam inflammatio partium cerebri, & membranarum, adeò ut oculorum, & sincipitis consequatur cavitatis quædam, cum siros significet quandam fossam, & cavitatem, in qua semina asseruantur. Et ob istam similitudinem sincipitis caui cum fossa illa siriensis appellatur per τὸ, 1. Sed Langius σείσιον per τὸ, 2. vult scribi, ut illa dicatur ἀπὸ τῆς σεισιάζου, id est, inflammari & exsiccari, quod pallor, cavitatis, & ariditas corporis consequatur, cum in somnijs & vigilia, & vocatur alio modo, febrilis capitis infantium dolor (propriè enim ad pueros refertur, quanquam cur non idem in viris?) Ac propriè, πυρετὸς κεφαλικὸς dici poterit. Quod valdè notandum est. Nam si exquisita esset inflammatio, phrenitis foret. Sed varietas humorum, siquidem humor est quidam pituitosus cum bilioso, efficit ut non sit phrenitis, sed quippiam analogon, nec magna febris insequatur. Nam, ut inquit Alexander Aphrodisiensis, feruor per arterias descendens ad sedem cordis, & spiritum vitalem feruefaciens, febrem sine putredine accendit. Bilis verò ipsa inflammata aluum irritans, facit fluorem alui. Sed quæstio præclara. An non in doloribus istis capitis cum calore & humore σπειρογενεῖς iunctis, præsertim cum serum biliosum adest, conferent embroche ex oxyrhodino & repercutientibus? Si enim minima seri per sudorem excretio

capitis dolores acerbissimos sedat, nunquid vsu astringentium in capite, tamquam carcere, concluditur humor, qui diffuari prohibitus, seipso per moram deterior & fit, & existit?

In ea maximè constitutione, n qua' prouentus biliosorum & adustorum humoru erat, & autumnale tempus æstiu ista in temperies referebat quodammodo ob summam temporis inæqualitatem & inconstantiam, plurimis hypochondrium finistrum doluit. Ut omninò admirer eximium illum Hippocr. qui autumnoliene vigere ait. Nomine τὸ ἀλλήδης, intelligens duo, & tumorem efflorescentiamque eius (sic enim Hippocr. vocat σπλῆνα θάλλειν, id est, efflorescere, increfcere, extuberare. Qui modus loquendi est politicus) vel dolorem, vel, vt meliùs dicam, morbos splenicos, per synecdochen, aut metonymiam nomine partis indicante affectiones ei proprias. Galenus in comm. non simpliciter dixit splenes, sed magnos lienes, ob vbertatem atræ bilis. Quod verum quidem existit, cum adest autumnus ipse, per congestionem humoris. Sed hoc tempore, non tam est congestio, quàm dispositio quædam ad morbos splenicos: ideo agri sine manifesto tumore de hypochondrio sinistro querebantur. Ac præsertim erant ij quos splenicos & melancholicos noueramus. Multis sacri quidam ignes fuerunt, & in faciem herpes. In tibias, in inguina derepentè humores tenues, non tam quantitatè, quàm qualitate molesti multis eruperunt. Non erat manifestus tumor, & dolori analogus. Sic potius peccabat qualitate humor.

Febres continuæ, præsertim quæ exacerbationes nocturnas habent, aut leuem aliquando perfrigerationem, aut rigorem habent, acerbationis præambulonem. Et cum id non sit periodicum, nec sequatur motum materiæ à partibus internis ad exteriores per sensibilia corpora, quemadmodum aut frigus, aut rigor periodicus, non confert in eiusmodi febribus vomitum ciere. At in periodicis, initio paroxysmorum; præsertim si faciliè vomitu reijci posse coniectura assequare, vtile est valdè vomitorio excretionem tentare per os. Et ita veterum decreta sanciuere.

De lingua ampla est materies, præsertim quod pertinet ad

P ij

Splenes quid significant.

Lib. de locis in homine. Splenem florere quid sit.

Autumnus splenicorum morborum author.

Congestio humoris, et diathesis in parte disse-runt.

Humoris qualitate peccantis motu.

Febres continua currigorem aliquid habent.

Vomitio confert in periodicis paroxysmorum.

Lingua obseruatio in febribus.

judicium de febribus faciendum. Ferè cum lingua alienum quid in sese habet, tum aut febrem suspicamur, aut affectum aliquem partium internarum. Galenus enim ait maximè linguæ, & totius corporis colorem alterari, cum hepar laborat. Sed an necessariò febrem adesse significat, vt aliquid præter naturam in lingua contingat, quasi verò caloris contra naturam proprium sit, aut vaporem, aut exhalationem excitare à segni latentéque in corpore humore? Numquid eorum qui pro meridiano somno indulgent, & os, & lingua aliquid aut insillum, aut *δυσώδες* habet, cum tamen nulla adsit febris? Numquid & Hippocrates ait, Salsæ gustarui carnes, superfluæ materiæ signum, id est, si salsædinis gustus sit in ore, materiæ superfluæ & excretionem sui indicantis est argumentum. Non meminit febris. Sic cum humor redundat in corpore, potest sui speciem repræsentare in lingua absente febre: Et tamen quia talem humoris excessum proximè aliquando sequitur febris, tribuitur alteratio linguæ, non tam humori quàm febrî, & id quidem malè. Sic lingua tingitur, aut quia febris adest, aut huius illiusve humoris abundantia, vt in hypochondriacis; & nigricat lingua, & aciditatis sensus in ore adest, aut quia in ventriculo proximè continetur humor. Et Hippocrates ait, Lingua otium indicat, id est, quis humor in corpore redundet. Id quod lotium, id est, serum cuiusque humoris refert, tanquam facilior paranympus. Et eo loco varias species colorum in lingua describit. Sed omninò duo summa genera colligimus Aut lingua affecta est per modum vaporis, aut per modum fuliginis & exhalationis: Vna species est humoralis, altera non tam est materialis, quàm immaterialis per æstum tantum, & efferuescentiam, ita vt vel nulla sit materia, vel si sit ea pauca est, aut iam exusta, vt vapor nullus exciteretur. Et reuerà aliud est, alterari linguam materialiter per modum vaporis, aliud est, immaterialiter per modum fuliginis, & exhalationis. Prius purgationem vacationemque postulat, postèrius omnimodam alterationem. Qui secus faxit rebus minimè intellectis, in summa ignorantia versabitur. Quæ omnia Hippocrates quodammodo explicauit, sed obscure. Dum enim ait, Lingua vitiles biliosæ, mate-

Cap. 9. lib. 2
de loc. aff.

Lingua vitium
hepatis de-
clarat.

Lingua mu-
tatio mate-
rialis, & nō
materialis.

Part. 17.
lib. 6. Epid.
sectio. 5.

Febrim adest
se non oportet
vt lingua
mutetur.

Part. 14. sect.
1. lib. 6. Epid.

Lingua al-
teratio quid
agendum in-
sinuet.

riam significant, cum ait. Aridae à fuliginosa exustione posteriorius linguarum alteratarum genus graphicè describit. Maximè verò materies aliqua in lingua & dentibus apparet, cum à calore extraneo excitatur vapor. Quod & Hippocrates scribit, dum ait, Quibus in febribus circa dentes lentores quidam sunt, ijs fortes febres fiunt: Declaratur enim, & caloris multitudo, & pituitosioris humoris copia, à qua crassus vapor excitatur, qui resiccatus febrili calore circa dentes & *αείγλιοχρα* facit. Tametsi enim humor in præcordijs redundet, vix magna copia excitatur vapor, qui *αείγλιος* linguam inficiat, nisi calor contra naturam adfit, qui materiam agitet. Vnde plerisque sanis manè sæpè à somno excitatis, aliquid *αείγλιοχρον* apparet. Sed id facile aquæ lotionè eluitur, quia causa efficiens non manet.

Lentor circū dentes quid significet.

Aphor. 12. lib. 4.

Calor febrilis vapores exciitat.

In capitis doloribus (nisi fortè periculum graue minentur) nec nimis securè venas frontis aut occipitis aperies, nec audacter arterias temporum reserabis. At, aiunt, multus in capitis venis sæpè sanguis deprehensus est. Credo. In malè affectis cum factus est morbus, quem Hippocrates vocat *τὸ ἀσπόμερον τὸ φλεβῶν τῆς κεφαλῆς*. At cerebrum pars est natura frigida, spiritu limpido, & illustri, valdeque elaborato plenum est, cuius facilis est dissipatio: & proinde aut imminutæ memoriæ, aut morborum frigidorum, aut cæcitatís occasio. Præterea, quod dolet caput sæpè, id potius per quandam effumationem fit, quàm sanguinis copiam. At ista effumatio potius postulat reuellens remedium, vt purgationem, quàm phlebotomiam. Accedit quod cerebrum potius nutritur per modum raptus, quàm legitimæ attractionis: glandula enim est, & itum in corpore superum habet. At carnes, quia sunt calidæ humidæ naturæ, non ex euentu, vt cerebrum, verè ab Hippocrate *ὄλκοι* dicuntur, id est, attrahendi facultate pollent, idèo & facile in ijs sanguis congeritur, & attrahitur ad eas: Propterea minùs formidare oportet phlebotomiam in morbis carnis.

Venarum capitis apertio parum tutæ.

Arteriotomia parum tutæ.

Cerebrum nõ fert phlebotomiam, & cur.

6. Epid.

Febres venosæ.

Febres aliæ sunt venosæ, aliæ sunt *γαστριχæ*, id est, quædam phlogosin sequuntur potiùs venosi generis, quàm vi-

Fernel. cap.
6. lib. 2. meth.
med.

Vena sectio
quibus fe-
bribus con-
ueniat.

Peripneumo-
nia ad le-
thargum ac-
cedens.

Lib. 3. de
morbis ferè
initio.

compassionis
corpora potius debet
Diuu auxiliu

tium humorum in præcordijs contentorum. Quæ venosi sunt generis, hæc primo quoque tempore per phlebotomiam cessant, quæ alius sunt generis, non facillè phlebotomia soluuntur, contra potius cathartico egent. Ut non mirum sit, si quædam febres, veluti miraculo, tollat phlebotomia, aliæ potius exacerbentur.

Domina le Boindre morbo Medicis incognito, sed tandem inter legendum, ab Hippocrate descripto perijt: cuius ratio tenenda est ad vnguem, quoniã valdè Medici decipiuntur. Et Domina Garnier non dissimili morbo consumpta fuit. Vtraque comatosa, ac veluti lethargica interiit. Affecti valdè pulmones erant. An lethargus à pulmone esse potest? Ita fanè, eo modo quem Hippocrates descripsit. Ita ait, Morbi lethargi appellati idem status ac peripneumoniæ. Et non omninò remotus ab humida peripneumonia. Tussis & sopor ipsum tenet, cum moriturus est multum & liquidum egerit, &c. Idem repetit lib. 2. de morbis. Ac lethargus propriè affectio est cerebri. Sed hic affectus, qui propriè affectionem pulmonis sequitur, & facillè cerebro communicatur, ob pulmonis, & capitis *συμπρωσίαν*, bifariam aut trifariam, à similitudine quadam *λήθαργος* dicitur. Primum, quia hominem *λήθαργον*, id est, ignauum, & comatosum cum febre reddit: *λήθαργος* enim impotentem, ignauum, & abiecti animi hominem notat. Tum quia lethargicam dispositionem in cerebro facit, ob crassiorum vaporum eleuationem à pulmonibus concalescentis excitatorum. Talis enim species peripneumoniæ à pituita putri est, cuius crassior vapor feriens cerebrum, veluti hominem lethargicum facit. Sic enim obseruauimus ex Galeno, in febribus, & præsertim earum accessionibus sæpè soporosos affectus per sympathiam contingere. Tertio, lethargus dicitur, quoniam cum obstructi sint à pulmonibus, pituita Infarctis meandri, & viæ liber aditus, & exitus spiritibus non fit. Et sic *λήθαργικόν* quid inducitur; quia soporantur instar eorum qui lethargo tenentur. Hæc notanda sunt, ne malè consulas capiti, cum omninò ad pulmones studium referre oporteat.

5.

6.

Horrescendi
uicissitudo
vnde.

Qui sit, vt in febribus continuis perpetua horrescen-

di quædam sit viciffitudo? An omninò metus fuppurati in parte aliqua, quod magna Medicorum pars fufpicatur? Nequaquam. Nam cum in febribus putridis, præfertim fi cacochymia magna fit, quæ incendium conceperit, dum calor ex interuallis inualefcit, & putridus vapor effertur à foco ad partes, reliquas feriens partes, tum horro- ris occafio adest. Omnes enim cacochymi, dum vehementer repente incalefcunt, horrent, quod in externis videre licet. Nam fi quis cacochymus inoletur, paulò pòft horrefcet, & febriet. Numquid quod calor externus facit ad horrorem inducendum, idem & internus facere potest, dum è foco & fede fufeitatur, refunditurque in alias partes? Sed hæc in valdè cacochymis, & τοῖς ὑποχλωροῖς.

*Horror an
femper puræ
index.*

*Comm. ad
Aphor. 26.
fèctio. 3. lib.
6. Epid.*

*Cacochymi
calfacti hor-
rent.*

Cum peffilentium morborum originem à cælo & aère repetamus, cum quis infectus peffe est, & ferè folum fpiritus attinguntur, (vndè peffe affectorum febris fynochus ferè est: nifi fortè de ea peffe loqueris, quæ potiùs vernaculus est morbus, locique vnus, aut diatæ vitium fequitur, quam communis nos ambientis aëris) cur in peffilenti morbo tam fædi funt vomitus, tam graueolentes deiectiones, quales in Aphorifmis explicauit Galenus? An hoc proprium omnis peffilentis febris? An hoc vitio corporis? Et fi vitium corporis, cur multi peffe affecti tam praua excernunt? Et an cum primum quempiam aër infecit peffilens, tamenfi tanta in humoribus prauitas non effet, an proprio peffilentis aëris vitio tanta labes inducta est: vt quod venenum venereum in tempore efficit (nec enim tam præfens est ad necandum, quàm aër peffilens) idem penè in articulo efficiat aura peffilens? At tabum venereum omnem humorum compagem infirmit, & tempore corrumpit.

*In febre pe-
ffilente cur
tam fæda
excretiones.*

*Febris peffil-
lentis occa-
fio.*

21. lib. 4.

*Luis vene-
rea & peffio
collatio.*

Ex venenis alia funt, quæ potiùs humores afficiunt, & humoralia venena dicentur doctrinæ gratia, vt luis venereæ venenum; alia fpiritus, vt aura peffilens communis, vndè leipothymia aut fynopæ cardiacæ infequuntur, & tale venenum πνευματικόν dici potest. Aliud venenum aliquando folidas partes primò refpicit, vt ea febris peffilens hecetica, in qua ægri primo quoque tempore à fe omninò mutantur, & fuma extenuatione, & carnis collapfione fceleton expriment. Quod Galenus

*Venena cur
alia cor, alia
partes alias
attingunt.*

*Venenorum
diftinctio.*

Cap. 2. lib. de
presag. ex
pulsibus.

quodam in loco annotavit. Sic aliud est venenum, cor sta-
tim feriens, & pathognomonica sua habet; aliud alias partes
respicit, & sua quoque propria nanciscitur signa.

Febrium diffe-
rentia inco-
gnita.

Valet plurimum hæc distinctio, nunquam ferè audita ad
ideas febrium cognoscendas. Quædam febres sunt à ge-
nere venoso in humores à massa sanguinis alienos, vt qui
in præcordijs continentur, qui putridas febres sæpè fa-
ciunt: & tales febres sunt synochi imputres. Quædam
sunt à contentis in mesaræo humoribus, & in massa san-
guinis, dum suum serum refundunt, putres faciunt, vt
sunt synecheis, id est, continuæ, quæ aut quotidianæ, aut
tertianæ, aut diurnæ, aut nocturnæ sunt: Aliæ in ipsa
substantia sunt; vt hecticæ, pulmonariæ, capitales, lie-
nosæ, hepaticæ febres, vt quæ contumacem obstructio-
nem, & vitium latens substantiæ sequuntur. Fernelius
vocat continuas symptomaticas. Vndè videas in quibus-
dam diurnas, & fatis vehementes esse febres. Atque
in ijs si demas sanguinem, nullo ferè profectu id fit,
& laudabilis est. In alijs statim corrumpitur. Vndè
hoc est?

Febres symp-
tomatica cõ-
tinuæ.

Subiicitur
Χλωρος βιτιδίο
Χλωρα βλ Χλων
Sive vitæ.

In alio Ephemeridion libro obiter docuimus, quibusdam
ficcis, biliosis, squallidis, quibus tamen corpus perpetuo
calidum calore acri, & molesto, manumque mordente
percipitur; & est υπόχλωρον, phlebotomiam haud con-
ferre; immò aut facillè animo linquantur, aut post phlebo-
tomiam longè post dicunt se vix à sectione venæ refici,
& releuari potuisse. Sed in artis operibus obseruavi aliàs
sectionem venæ ficcis, biliosis, calore acri & mordaci abun-
dantibus conferre, aliàs obesse. Vtrique malè coquunt,
quoniam qui ventre calido sunt, carnes habent frigiditas.
Qui πλατόφλεβοι, & μεγαλόφλεβοι, vt sic loquar, & ὀπί-
φλεβοι dicuntur verbo Hippocratico, ij venæ sectionem
ferunt satis facillè, nisi quid impediuerit, vt oris ventri-
culi sensus exquisitus, vel virium imbecillitas, aliâ ratione
inuictâ. De ijs ait Hippocrates, Qui ventre calido (Græ-
cè θερμοκοιλιοι) carnes habent frigiditas, isti sunt venosio-
res, & iracundiores: Venosi, Græcè ἐπίφλεβοι diuisus
de causis, ait interpret, tum quia carne sunt denudati,
tum quia plenas sanguine venas habent, & proinde con-
spicuas.

Quinam sic-
ci, & excar-
nes phleboto-
mia iunen-
tur.

Πλατος
αυφλος, λατος, spatiosus
Aphor. 25.
sect. 4. lib. 6.
Epid.

7.

Venosus bi-
fariam
sumitur.

spicuas. Iracundi autem sunt, quia abundant calore acris, *Iracundi qui qui molestias exhibet ori ventriculi, cum in ventre conti-* *sint.*
 netur: os autem ventriculi facile in sui affectus contagio- *Caloris acris*
 nem animam trahit. Et sic reperio iracundos bifariam *effectus.*
 esse, aut ob abundantiam caloris in corde, aut propter ex-
 cessum caloris aeris in ventre, qui os ventriculi contri- *Iracundi bi*
 stat, & proinde animam. Ergo qui eo modo sunt macri, *fariam.*
 excarnes, & ἐπίφλεβοι, ij sanguinem sibi adimi patiuntur. *9.*
 At qui macri sunt, excarnes, subflavo colore præditi, &
 graciles habent venas, venæ sectione plurimum offen-
 duntur. Cæterum cum loquitur de iracundis, notandum, *9.*
 quod vitur voce ἰραρυμάτεροι, non autem θυμοεδεῖς. *Supra animus*
Iracundi

Rondeletius Galenum exagitat, quod voluerit in febribus tertianis exquisitis locum non esse venæ sectioni, nisi *Rondeletij*
 post tertium paroxysmum. Quondam hoc visum fuit Aui- *error.*
 cennæ. At Galenus non adeo absurdus fuit, vt expectandum *Febribus ter-*
 tertium paroxysmum putarit. Sed credibile Rondeletium, *tianis an*
 & sequaces, qui in eius verba iurauerunt legisse hunc con- *phlebotomia*
 textum Galeni in methodo, ex quo collegerint phleboto- *ante paro-*
 miam tertio paroxysmo exacto tertianæ conuenire: Qui *xyssmum*
 febricitant, si valentes viribus sint, omnibus sanguinem *tertium*
 ab initio mittes, perfusosque oleo post tertiam accessionem, *comparit.*
 vel mulla, vel sorbitione nutries. Si hoc loco nituntur, *Cap. 15. lib.*
 vt in tertianis mittendum sanguinem post tertiam accessio- *11. method.*
 nem doceant, falluntur. Nam primum hæc verba non
 sunt Galeni, sed methodicorum, vt contextus docet.
 Deinde, non ait phlebotomandos post tertiam accessionem,
 sed nutriendos: Tertiò, illud, post tertiam accessionem, *Linacri*
 nec idem sonat, quod post tertium paroxysmum. Et ma- *lapsus.*
 lè verum est à Linacro: In Græco legitur, μετὰ τὴν *10.*
 διάτησιν, quod verti debet, Post tres dies exactos.

Quoniam videmus plerosque quibus de nocte corpus exudat, si fortè detectum sublatis indumentis substratis aëri exponitur, quia foras non prodit sudor, tunc aut corpus totum dolent, aut partem aliquam, si qua fortè sudatura erat, & videntur penè fracti: magna vis est feri suppreffi, immò incredibile quot & quales ab eo excitentur dolores. Declarauit Ioannes Petitaus tonsor, cui sudor de repente omnem dolorem sustulit.

Q

Notandum est cur sæpè initio febrium vrinæ limpida; perspicua; & tenues aut mediocres in substantia appareant; deindè turbantur, & crassiores fiunt: Et cum sanitas adest, in propinquo rursus limpiditatem & tenuitatem propriam, & pristinam recipiunt. Quò fit, vt cum tenues & limpida; apparent, tunc ferè qui sanguis educitur est floridus: cum turbata; sunt, serofus & putris est sanguis; & vt verbo Hippocratis vtar, τὸ αἷμα διαρεῖ, de cuius verbi significato dictum est lib. 1. Ephemeridon. Quod fit, quoniam à putrente iam materia excitatur vapor, & ichor, qui statim contaminat sanguinem, aut quoniam serum humorem facillè corrumpitur, maximè vbi calor alienus adest, aut corpus siccum, & constrictum manet. Quod initio morborum euenit, præsertim cum febris à constipatione cutis nascitur. Inflammatio autem & phlogosis, præsertim humoralis, quàm facillè alteret sanguinem declarant pleuritides.

Quomodo sanguis in febribus vitatur.

Inflammatio sanguinem corrumpit.

De febris essentia disputatio.

Febres ob partium corruptionem sunt mediocres. Historia. Li. 1. de morbis mulier.

H.

Quæstio; cum febris fit, an auctus est sanguinis gradus, an ratione tantum vaporis? Quod credibile, quia cum primùm à foco vapor putris excitatur, statim febricitat homo. An verò per communicationem caloris ad calorem: vt in puerorum Siriasi, quia in anteriore capitis parte calor conceptus est, continuitate febris excitatur, aiunt authores. Si simplex caloris gradus febrem facit, cur cum æstate auctus sit calor, non febrimus? aut cur ebrij aucto ob potum vini calore non feбриunt?

Cum partes principes laborant ἀσφορᾶ, & febre, maxima ex parte veluti lenta, & symptomatica intereunt, & incautis Medicis & imprudentibus nobis eripiuntur. Quo modo Condæi Principis à partu vxor interiit à corruptione vterorum. Quod non animaduertentur Medici. Hippocrates hoc animaduertit, qui non requirit febrem ardentissimam in morbo vteri per corruptionem; immò ait, πῦρ βληχρὸν; id est, blandus, mitis, & debilis calor est. Vox autem βληχρὸς notanda est. Vndè Hippocrates lib. 6. Epid. quandam speciem febris constituit, quam vocat ἕπρὸν βληχρὸν. Goræus per hyphen coniungit, vt dicatur ἑπρετὸς ἕπρος-βληχρὸς. Goræus in dictione βληχρὸς

Dentium caninorum extractio periculosa. Si dum nascuntur, tanta pueris eueniunt symptomata, tanti eorum extractio esse debet, vt non nisi magna cautione fiat. Inferuntur in suis acetabulis ex aduerso oculorum, radix implantatur longius. Hæmorrhagiæ quæ fisti facilè non possunt, insequuntur, & abscessus vix sanabilis metus esse solet.

Dentes canini cur anulis inducât grauius acciden- tia.

Ioanni Colot Lithotomo febris erat continua, & causus secundæ speciei, quem Hippocrates describit. Materies erat phlegma falsum & putre; nam tali humore abundabat. Et calor acerrimus erat, quod bili quidam falsò attribuunt. Galenus enim igneam caliditatem, & vrentem ait excitari ob fumosam substantiam, à pituita falsa excitatam. Atque inter cætera notanda sunt, quæ Hippocrates ait euenire in causo non legitimo; puerendi lior superuenit. Testiculus quoque intensus iudicatorius est. Nam incredibile quantum testes abscefferint. Consentaneum autem, ait Galenus, vt hæc fiant, quoniam & pituitosæ febres per abscessum potius iudicantur, quàm per excretionem. Et si in parte inferiore, vt ieiuno & ventre, focus febris sit, inferiores potius partes crisi percipiunt.

Causæ speciei

Mirabar, cur in peripneumonijs, & ardentibus febribus, quarum in pulmone sedes est potius, tam frequens hæmorrhagia foret. Galenus huius rei rationem reddit in acutis; caput incalescens sanguine repletur, effunditque quod ex eo redundat, tum ruptis, tum apertis venis. An non tales conueniunt hæmorrhagiæ? Galenus ait peripneumoniam & lethargum hæmorrhagiam non amare, pleuritim vero quadam tenus.

Hæmorrhagiæ pulmonis familiaris.

12.

Τῶν κεύστων focus aliquando in capite est, aliquando in pulmone, aliquando in ventre; an non tales κεύσται essentialis febres dicentur; licet in pulmone focus aut in capite existat? Alioqui de ijs peculiariter Galenus non egisset, nisi è genere febrium essentialium essent. Galenus ad part. 75. sectio. 2. lib. 1. Epid. stillicidium in causo malum esse ait, cum in eo familiarissimum sit è naribus sanguinis profluuium.

Causus an febris essentialis.

13.

Com. ad particula 17. lib. 4. Acutorum

Damifellæ de vieil moulin subrubicundæ pustulæ ali. *Historia.*

Q ij

*Pustularum
eruptio unde*

Historia.

*sectio. 2. lib.
1. Epid.*

14.

*Sputum sal-
suginosum
suppressum
et thymason
causa.*

15.

*Vide ante
lib. 1. Epid.
nostrorum.*

*In morbis
parum fidere
sape oportet.*

quando in cute efflorescunt, cum aliquo caliditatis sensu. Feruido & sicco est hepate. Et cum vidua relicta sit, cum alioqui esset & iuuenis, & florens, & restibilis adhuc fecunditatis, non mirum si defectu consumptionis sanguinis in aliam rem, ita efferetur, & hæc incommoda afferat. Sed aliæ duæ coniecturæ illius efflorescentiæ afferri possunt. Prior est. Annos vndeuginti nata, magna vi ab equo decussa, humi iacuit semimortua. Totum corpus pessundatum est & contusum; per os, nares, & alias partes sanguinem reiecit. Credibile internam quandam esse fugillationem, & veluti ex *χύμων*, cuius soboles est ista pustularum eruptio. An hoc credibile? Ita herclè: Nam & Damifella de Gou-pigny, cui aliquando læsa fuit tibia, proptereaque vlcere affecta est, quo vix liberari potuit; certò affirmat aliquando eam partem, tanquam veteris mali memorem, pustulas effundere, quæ non ita longè post euanescent. An non quod particulariter in tibia apparet ob læsionem, idem & in toto corpore apparere potest? Altera est coniectura, & ea habet aliquid admirabile, quod apud Hippocratem scriptum est. Locus est, vbi docet, cuidam virgini manum & crus siderata esse, cum nil commemorabile tuffiret: nulla alia parte, nec mente affecta est. Factum est autem hoc circa mensium eruptionem. Et fortè tunc primùm apparebant. Sideratio ista contigit ex suppressione materiei, quæ sputo educi debuit. Nisi fortè suppressio mensium causa fuisse dicatur. Quanquam adiuuare potuit. Sed & suppressio excrementi, à capite manantis, talis eruptionis causa esse potest. Nam & Hippocrates in Coacis scribit, Quibus saluginosa sputa, & tuffis supprimitur, his corpus veluti à pustulis rubescit. Qui locus est valdè commemorabilis. At assero Damifellam istam catarrho fatis ferino obnoxiam esse.

Docuimus aliquando in morbis nec præcipitanter timidus, nec temerè securos esse oportere. Quod Galeni consilium est. Sæpè vidimus ægros, insultu grauissimo morbi quamprimum territos; deinde morbum delæuissè: & cum omnia secura esse viderentur, repentè morte prærepti sunt. Adeò humores præsentissimo cuique veneno adæ-

quandi in corpore latent. Et ad hunc locum pertinent duę Com. in part. 17. scđ 2. lib. 1. prorrhet.
 tresve historię à Galeno citatę, de quibusdam, qui minimę
 opinantibus Medicis, cum morbus mitis, & homini necan-
 cando non satis videretur, sublati sunt è medio. Vt Medi-
 ci prudentis sit & cati videre ac prouidere; ne quid insi-
 diarum struat morbus latens.

Acetariorum vsus, & horariorum fructuum magnam fe- Horariorum fructuum, & acetariorum vsus ruborum causa.
 ri ferę indomiti copiam generat, vnde acris in eo calor suc-
 cenditur: etsi facies rubore suffundi solet (quod plerisque
 molestum est) magis ac magis rubescit. Hoc non obserua-
 tum est. Imò putant corpus refrigerari, & sic occasionem hu-
 ius suffusi ruboris tolli.

Vxor Pręsidis Tambonneau cüm diu hydropica labo- ¶ iij scđi stae
 raffet, & tamen ὀρθοσίδω habuisset, tandem per transla-
 tionem (vt credibile est) in thoracem serosę superfluitatis,
 & spiritus vitalis oppressionem facta est κατόχος, & intra
 duodecim horas interijt κατεχρόνη, καὶ κατὰ λαμβανόμενη.
 Omni ratione eam excitare conati sumus. Nil profecimus. “
 Imò & consilium Hippocratis secuti sumus in Epid. Si hy- “
 dropicum tussis corripiat, si quidem omninò animo linquitur, Scđio. s. lib. 2. Epid.
 calidis omnibus vtatur. Sin minus, inebriato, ac cibis im-
 plecto. Quę curatio omninò à ratione aliena est. Nam si
 hydropicus tussit, iam translatio à ventre in thoracem est,
 sic vino & cibo repletus suffocaretur potius. Sed admira-
 bili, eoquę interiore sensu, duo explicari & intelligi vult
 ista obscura, & parum probabili enunciatione. Dum fo-
 mentis calidis vtitur, hyparxin morbi audit, quę in refrige-
 ratione consistit: Et cüm frigus naturę hostis sit, fomentis
 calidis aliqua ex parte intrinseco hydropis frigori occurri-
 tur. Vinum autem dat, ob ἀσθενίαν. Sic enim Aretęus
 πλω λειποθυμίαν vocat, quoniam facilè deliquium tollit cal-
 faciendo, & penitissimę subeundo. Sed quid hoc sibi
 vult, inebriare, & cibo replere? Hoc dixit, vt te cautio-
 rem reddat. Nec enim adeò ieiunus, & parum prudens
 Hippocrates, vt hominem iam iam moribundum cibo &
 potu obruere velit; sed vt occurrat fortasse quorundam opi-
 nioni, qui in tanta oppressionem hydropici, à qua interit,
 etiam exactissima diæta vtendum existiment, contrarium

Q iij

*αποσειτοι qui
αβος αιδουσαντε
vinum hy-
dropi con-
feri.*

contrario apponendo. Si enim repletio aque est, & humoris euacuatione opus est. Quod verum quidem est, quantum pertinet ad morbum, sed non quatenus ad symptoma præfens pertinet. Nam adiectione opus est. Nouit enim Hippocrates omnes ferè hydropicos ἀποσειτους esse, & præ impotentia nutritionis sæpè interire ac deficere. Cui rei vt occurrat, vinum & cibum offert, non magna quantitate (quanquam vtitur verbo θωρήξαι, & σιτίων ἐμπλήσαι; malè interpretes vertit θωρήξαι, inebriare. Potius verterem, vinum potui dare, & quasi vini potu munire, ob metum syncopes & mortis) sed potius, quoniam parua cibi aut potus quantitas magnam in homine hydropico repletionis opinionem & suspicionem affert. Et vt non terrearis ista nimiae repletionis opinione, monet ægrum θωρήξαι, ἢ ἐμπλήσαι.

Multos videas ob nimiam humiditatem, & abundantiam aquæ in os decurrentis, & à capite labentis blæfos & hæsitantes lingua fieri. Quid ijs euenire potest? Vt pulmonici fiant, catarrhis obnoxij, & ἔμπτυοι. Ijs dentes corrumpuntur perennitate catarrhi, oblæditur & vox, & pronuntiatio. Et mirandum illud hac de re Hippocratis, Qui lingua offendunt, & labiorum non sunt potentes, eos est necesse dum illa soluuntur, suppuratos fieri. Qui lingua offendunt, humidiores sunt, & impotentia linguæ tenentur, & labiorum sæpè. Et quò humoris copia repleat, eò alienum aliquid inferet. Si in sextam, septimam ac octauam spinæ vertebram humor fluxerit, neruorum imbutorum robur exoluitur. Quod si conquiescat affectus iste, & humor in thoracem irruerit, suppurationis metus est. Nam qui humor ligamenta linguamque proluens blæsitatem afferebat, non potest non aliò translatus, & emotus alia forte peiora adducere. Sed de balbutie, blæsitate, hæsitate, vt loquitur Gaza in Aristotelem, vel hæsitantia linguæ: Item de offendiculo linguæ, & labiorum impotentia, quam ἀκράτεια vocant, breui expedire consilium est. Lego in Authoribus vitia vocis, & vitia linguæ. Et aliud est vitium linguæ, aliud vocis. Vitium vocis, τὸ πάθος φωνῆς vocatur. Linguæ, τὸ τῆς διαλέξεως πάθος. Ad vitium τῆς διαλέξεως

*sectio. 5. lib.
2. Epid.*

*in sectio. 11.
problematon.*

*Comm. in
Aphor. 32.
lib. 6.*

110

referunt *ψελλότης*, ἀπὸ τῆς *ψελλίζεσθαι*; *τραυλότης*, ἀπὸ *τραυλίζεσθαι*, & *παφλάσειν* (vt verbum fingam) ἀπὸ τῆς *παφλάζειν*, quo verbo vitur Hippocrates. Vocat enim τοὺς *παφλάζοντας* τῇ γλώσῃ, lingua offendentes. Ad vitium vocis potius referentius *ισχυροφωνία*, ἢ *τραυροφωνία*. *Τραυλοὶ* balbutientes dicuntur, vt *τραυλότης* balbuties; *ψελλοὶ* blæsi, & *ψελλότης* blæfitas; *ισχυρόφωνοι* hæsitantes, & *ισχυροφωνία* hæfitas & hæsitantia vocabitur. Quanquã si vocẽ inspicias *ισχυρόφωνον*, ad vocis vitium referetur. Tamen etiam ad linguæ vitium accommodari puto, & sic placere Aristoteli, & Hippocrati video. Nam *ισχυροφώνος* linguæ hærentes vertit Gaza. Et reuera utroque modo *ισχυροφωνία* dicitur vitium, & pronuntiationis seu linguæ, & vocis. Linguæ quidem, non definitur vitium linguæ, quo syllaba syllabæ citò copulari non potest. Quatenus autem fit ob congenitum vitium musculorum, qui laryngem mouent, vocis vitium nimium gracilis vocari potest. *Λεπτοφωνία* autem (quæ habet aliquid affine) ob angustiam asperæ arteriæ, & laryngis euenit. Vt enim *ισχυροφωνία* ob vitiosam ab initio conformationem musculorum laryngem mouentium fit, sic *τραυλότης* à vitio, & nimia asperitate instrumentorum vocalium in *τραυροφωνία* abit: Quanquam τὸ *τραυλόν* linguæ est, non vocis vitium. *Ψελλότης*, blæfitas, literam vel syllabam sæpè elidit. *Τραυλότης* non elidit, sed commutat literam vnã in aliam, vt pro ρ. pronuntiant λ. Sic & *ψελλότης*, & *τραυλότης* idem sunt, & diuersum. Idem quidem, quatenus vtrumque vitium est pronuntiationis, & non vocis. Diuersum, quia in vno fit elisio, in altero literæ commutatio, & suppositio. At *παφλάζειν* aliquid aliud significat, & aliquid habet finitimũ; & cum balbutiẽ, & cū blæfitate, & cum hæsitate linguæ: sed offensionem significat in pronuntiatione cum impotentia quadam labiorum. Propriè autem *παφλάζοντες* dicuntur voce labentes in dicendo aliquid, & verbum idem repetentes. Homerus vocat *ἐφάρμαρτεπέϊς*: quasi *ἀμαρτάνοντας ἐν τῷ ἐπι*, in dicto & verbo labantes, & verba retexentes, & alternantes. Sumitur per quandam *ἰνομασποπίαν* à fluctu marino: cum *παφλάζειν* exestuationem quandam fluctuum, & ebullitionem significet; ac si

Vitium lin-
gua, & vocis
differunt.

sectio. s. lib.
2. Epid.

Comm. 2. in
lib. 1. Epid.
16.

Aristo. probl.
30. lib. 11.
17.

saluatio quædam spumatioque oboriatur, vndarum collifione excitata. Et metaphoricè ad orationem, & sermonem tumultuarium, sæpè ac sæpè retextum, & quasi bullantem spumantemque, vt non proferat, nisi circum labia, & dentes spuma multa occurrat. Quod magnæ humiditatis, & quam natura intra oris septum continere ac coërcere nequit, argumentum est. Legi & apud Aristot. verbum compositum *ἐκπαράζειν*, Gaza Latinum verbum facit expassare, id est, more bullarum exilire, vt cum lenticula coquitur, dum bullæ excitantur, quæ longè proijciuntur, hoc *ἐκπαράζειν* dicitur. Cæterum vnum annotare oportet, *τραυλὸς* fieri homines, quidem sanos ob humiditatem multam, vnde facilè eos fluore alui corripit, censuit Hippocrates, ob refrigerationem quandam. Imò ista omnia vitia sermonis cum naturalia sunt, caloris penuriam, & facultatis imbecillitatem significant. Vnde aliquid apoplexiæ simile habere ait Aristoteles: Imò tales facilè in apoplexias, & siderationes incidunt, & in melancholicas affectiones. Vnde Hippocrates lib. 2. Epid. *τραυλὸς, & ἰσχυρόφωνος* morbos melancholicos patitur. Sed nomine morbi melancholici totius *ἐκπαλιξίν* quandam, & siderationem intelliges, ob *ἀκράτειαν* linguæ. Quoniam humor melancholicus & pituitosus aliquid affine habent consistentia: & ideò affines morbos ea ratione tantum pariunt. Vide septimum Aphorismorum. At *τραυλοὶ* aliquando fiunt ob lassitudinem summam, ob diurnitatem & vehementiam morbi, ob siccitatem. Sed siccitas magna *τραυλότηθα* naturalem non potest facere, sed aduentitiam. Vt in summis febrium æstibus ægri *τραυλίζουσι*. Vndè in 7. Epid. *Γλώσσης ὑπὸ ξηρότητος ψεδνοί*. Profluvia alui temerè sistenda non sunt, alioqui grauis periculi metus est, vt sæpè experientia deprehensum est. Et in his sequendum omninò consilium Hippocratis, In ventris perturbatione fabas coctas dabis, nisi partes supernæ valdè biliosæ fuerint. Id est, si suppressionis multæ materie biliosæ argumenta affuerint, veritus ne aut transferatur aliò materia, aut partes, in quibus restagnat, labefactet; non statim de suppressione cogitare oportet, sed fluxus fluxu iuuandus est.

Si in

Si in delirijs & phrenitidibus (modò non iam sit alienatio, sed alteratio tantùm) magnæ, vt fit, in cerebro inflammationis notæ adsunt, numquid contenti esse debemus sectione venæ in brachijs, & cucurbitulis? Numquid & tutò, & ex arte aperiri possunt aut arteriæ, aut venæ frontis? Illud enim est dolorum proximum ventrem aperire. Si in dolore capitis intolerabili, & apertio venæ frontis, & arteriotomia confert, numquid in phrenitide hoc fieri potest? Cùm enim in phrenitide, authore Galeno, materia venis egressa sit, & iam adhæreat partibus ipsis, veluti secreta à massa sanguinis, nil aut parum præsidij affert venabrachij.

Arteriotomia an in phrenitide conferat.

Com. ad part. tical 73. sect. 2 lib. 1. Epid.

Quibus in capite focus est, vt iam doctrinæ gratia febris capitalis dicatur; oculi rubent, dolorque pulsatis percipitur, est velut *Spinetos* venarum capitis, vt prisco quidem verbo; sed non inepto explicat Hippocrates, an non arteriotomia confert? Audimus D. Cardinalis Lotareni, qui febre veluti capitali interijt, aperto capite, repectas venas omnes adusto plenas sanguine, & meninges veluti tactas de cælo, & sideratas: quod nos in primo libro explicuimus.

Initio lib. 1. de morbis.

Passim in libris de morbis Hippocrates scripsit vterum maximè sincipiti consentire. Ideò cùm mulieres queruntur de sincipite, videndum numquid aliquid sit hystericum. Vxor Lodoici Michaëlis mercatoris tum demum de sincipitis grauissimo dolore queritur, cùm crumpunt menses. Adeò magnus vterorum cum sincipite consensus! Inter cætera videnda est Langij Epistola 49. lib. 1. Epistolarum.

Sincipitis vteri consensus.

Historia.

Damifella Dubez minanti arthritidi obuiam ire voluit. Sumpto medicamento satis valido, impetu in humores facto, pro vna parte dolente multæ doluerunt. An non tutò in articularibus purgabis? Nequaquam. At dum materia turget purgandum. Verum quidem de sequace materia, & quæ liberum habet exitum. Arthritidis materia nec sequax plerumque, nec liberus habet exitus. Et in suis agitata sedibus, si à ventre longiores sint, deterior fit. Agitatur enim & non educitur.

Historia.

Articulares morbos leniter tractabis.

R

Quidam facile vinum abhorrent in febribus.

Cur quidam statim in febribus à vino abhorrent, alij etiam, dum insigniter februnt, amaroris sensum non videtur vinum habere. Id referendum putant ad bilem. Nam biliosi facile abhorrent à vino, vt quod eis amarum gustu videatur. Vel etiam si fuligo linguam non perfundat, talis amaror non percipitur, licet biliosus sit.

Historia.

Quidam facile animo linquuntur phlebotomati, maxime quibus sensus est exquisitus.

Historia.

De ijs qui facile in syncopen incidunt à phlebotomia, libro primo dictum est, & in hoc libro dum loquuti sumus de ἑπιφλέβεις: facile uerò exoluuntur, quibus mobiles & tenues sunt spiritus, & qui celeres animi motus habent: facile enim dissoluuntur spiritus. Declarauit D. de Ruadde, cui cyathus aquæ frigidæ datus ante phlebotomiam, leipothymiani abegit.

Multis vlcera in tibiis annua sunt: ea si pura fiant, Medicus sedulo obseruet, ne quid deterius eueniat. Armillarum fabro, & fabro ferratio Petronio dyspnœæ & graua contigere. Hippocrates idem obseruat his verbis. Cuidam erat vlcus magnum in tibia. Hoc cum parum factum esset, lateris dolor, & pectoris sinistri è directo, & febris. Mortuus est à febre. An non in his scarificare partem prius dolentem bonum, & vulnere inflictò vetus vlcus reuocare ac renouare?

Historia.

s. Epid.

s. Epid.

Vxori D. Bragelonij piscis, vulgò *vine* appellati, officulo aculeato compuncta est. Neglectum id vt minimum. Febris, dolor ingentissimus, mors. Idem Hippocrates bis obseruauit in Epid. de sutore quodam, qui cum vulneratus acu esset in genu, non fuit sanguinem fluere. Tertia die mortuus est. Et de Nauarchio, qui anchora læsus erat. Opisthotonus crudelissimus insecutus est, & conuulsiones. Et tertia die mors. Nil itaque negligere oportet, vt diuinus Hippocrates docuit ratus. Minimum etiam malum, quod tale videtur, licet nil alieni prætexat, in recessu occasionem & subitæ, & crudelis mortis alit & fouet.

Ulcera mala ligdrargyro curantur.

In libro Consiliorum nostrorum annotauimus febres quartanas aliàs desinentes comatosas lethargicasque affectiones inducere, aliàs noua quædam morborum genera. Nunquam enim desinunt ἀσυνέως. Et hoc notandum, quod audio ab homine fide digno obseruatum. Quidam febre

quartana diu laborabat. In tibijs vlcera maligna & Telephia oboriuntur, febris perfeuerat. Arte remediūque communibus non curantur. Suspicio luis venereæ est, quod medicabilia non redderentur. Tamen rebus diligenter expensis & rogatis, nil venereum inuentum est. Non desierunt tamen Medici suadere vsum hydrargyri. Plantis pedum, & fœmoribus applicantur ceronea ex hydrargyro, & consimilibus. Prouocatur πικραλιουδς. Curantur vlcera. Curatur & febris. An idem in contumacia febris quartanæ agere licet? Tamen narrat Fernelius obseruasse se quendam continenter afflictum, & lue venerea cum sordidis vlceribus, nec non quartana vera: Adhibilitus, & diætā solennis ad luem veneream. Lue venerea est liberatus. Quartana perfeuerauit.

Quartana febris hydrargyri cura ex euentu.

Cap. 13. De abditis venereæ causis.

18.

Vrinas cum quidam vident χαλαροῦς, id est, biliofas, & præ bile saturatas, tum ad secandam audacter venam veniunt, cum præsentē febre insigni tales vrinas non vident; immò vulgò bonæ dicuntur, quia nec caloris, nec suffusionis bilis indices sunt, à phlebotomia abstinēt.

Medici male ratiocinantur de vrinis

An non vtrique grauiterrime errant? Errant profecto, & artem ignorant. Nam est, vbi apparentibus vrinis non biliosis, & non coloratis secare venam oportet: est quoque, vbi biliosis & ardentibus apparentibus à phlebotomia abstinendum est. Cum inflammatio interna est, & bilis conclusa, vrinæ coloratæ non sunt: & tamen tunc tum ratione obstructionis, & suppressionis differre phlebotomiam nephās sit. Item, cum per vias vrinarum natura molitur excretionem, vt & per aluum, (vnde alui deiectiones biliosæ sunt) tunc vrinæ sunt tincturæ valdè participes; atque tunc quoque phlebotomare malum est. Itaque nec ex vrinis non tinctis occasionem sumes secandæ venæ, nec ex non tinctis. Et cum ægri à cibo abstineant, propterea que vrinæ tinguntur, & biliosiores excernantur, an biliosa vrina ad phlebotomiam hortatur? Nequaquam, nisi alia concurrerint. Immo si hepar infirmius, aut renes infirmiores, aliquando velut cruentę apparent, & si erat congestio bilis vi hepatis dissipata, tinguntur vrinæ, an ideo secanda vena? Nequaquam.

Indicatio celebranda phlebotomia ex vrinis.

R ij

*Et ut tussiant
plerique dum
lecto incum-
bunt.*

Questio non contemnenda, cur multi tussiculosi interdum non tussiant, sed cum in lectum inclinant sese, tum tanto tussendi etiam inani desiderio tenentur, ut animam penè agere videantur? An hoc propter linteorum frigiditatem fit? an propter inclinationem in somnum? Fortasse non cuius patet rei huius ratio.

*Vomituri-
pium curatio.*

*Pilularum
v'us opti-
mus, &
quando.*

Historia.

Historia.

Historia.

20.

Multi vomituriunt, intumentem valdè aqualiculum habent, immò laxatis velut fibris aquea eijciuntur: Sed talis non est excretio, qualis esse debet. In ijs nil prius comperimus pilulis ex rheo, cum alijs roborantibus, addito aloës puluere. Nam cum tales non transcendant hepar, dum commodè ventriculum roborant, vacuando non obfunt, ut ea quæ foris admouentur.

Episcopi Cisteroniensis seruo, febre continua cum ictero laboranti, cum coctionis signa aliquot ederentur, iuuit dare decoctum folliculorum cum tabella Electuarij de succo rosarum. Reuera multa puls biliosa, crassa & mesenterica excreta est. Inde magna alleuatio est consecuta.

Ad insigne quercus viridis sphaeristerij magister calidis & siccis visceribus, melancholicus, facie aliquantum saturati coloris, cum iam duos menses, intra quos vxoris funus fuerat, malè habuisset, vxorem duxit. Non longè post, nimirum octo vel nouem post dies, decumbit. Dolor ingens ad ventriculum: vomitiones assidue: inappetentia, febris sepulta. Cibum nullum, immò ne aquam ferre potest. Iactatur. Et quod mirum est, pulsus nobis valdè debilis apparet, *ἀνώματος*, suum rithmum non retinens, immò in quibusdam pulsationibus intercalaris erat intermissio. Ut absolutè dicam, tanta erat *ἀνωμαλία*, ut morientis pulsus videretur. Et nisi coitum frequentem ob recens matrimonium causati essemus, non nisi de funere egissemus. Ex interuallis circum hepar & os ventriculi, quod iccoris simas contingit, tantum calorem se sentire dicebat, ac si flamma ibi concepta foret. Spiritus adeò erant dispersi, & vim passi, ut qua ratione ei occurrendum foret, ignoraretur. Hypochondrium dextrum, ex interuallis, ob caloris sepulti *ἐπίλαμψιν*, apparens, *φλεγμάρον*, & *φλόγασιν* patiens, phlebotomiam hortabatur. Nos reuoca-

bat, aut potius ab instituto auocabat pulsus. Tamen vt 21.
 audaces fortuna iuuat, quoniam ad istam pulsus immuta-
 tionem, formidabilem herclè, concurrebat, præter spiri-
 tum quandam affectionem, & phlogosis, & cacochymia;
 (vnde spiritibus, qui aptè τὰ ὀρμώματα appellantur, quo-
 niam corpus sursum deorsumque non potest illustrari, nisi
 vi quadam ad partes affluant, via & ingrediundi regre-
 diundique potestas denegabatur) aderat. Hac subacta, vsu
 medicamenti, & aperta vena, pulsus cœpit melior, & or-
 dinatior esse. Sic Medicos sæpè præcipitanter timidos
 esse turpe est. Cùm cœpit valere, ecce, ac si gonorrhœa
 laboraret, velut spermatica, & purulenta materia per pe-
 nem egreditur. Nondum compertum est quid inde eue-
 niat. Ignoratur an imbecillitate vasorum spermaticorum
 id fiat, an saniei sit velut critica excretio, an verò inquina-
 ta muliere gonorrhœam contraxerit. An abscessus ruptus.
 Mulier falsa est se fluorem muliebrem aliquando pati. An
 non virum congrementem inficere potest? Hoc fortassis
 non vacat dubitatione.

Plerasque vidimus mulieres & viros, qui certò affirma-
 rent, ideo se experientia deprehendisse, quod ventricu-
 lum haberent valdè imbecillum, & lædi facilem, quoniam
 minima occasione eis aluus solueretur, & talia redderen-
 tur, qualia assumpta essent. Qui affectus non leienteria,
 sed propriè *σπαπλη* dicitur ab Hippocrate. At errant, 2. Acutorū
 nam lactium, & mesenterij venarum angustia hoc sæpè Fluor alui
 facit. Nam cùm multis sese obruant cibus, aut sine or- frequēs ven-
 dine, aut liquidioribus, facile effluunt, & ob læuitatem in- triculū im-
 testinorum, feri copiam, mesaraicarum coniuentioniam, non becillum nō
 ita difficulter aluus, omnia quæ assumpta sunt, reddit. Præ- arguit.
 terea, horariorum fructuum vsus, & acetariorum ad id plu-
 rimùm facit. Præterquam quòd cùm abundant, maxima
 ex parte, calore acri, maior alimenti pars corrumpitur.
 Cùm enim coctio elixationi similis sit, ea non fit à calore
 sicco & squalido, sed à temperato, ait Galenus.

Quis fit, vt ex febricitantibus, alij diu laborent, alij
 verò non, tamen in vtrisque tentata sit euacuatio, à qua
 solutio morbi euenire potuit? Inter cæteras rei huius cau-

R. iij

Arborum
longitudinis,
& breuita-
tis causa.

134

has hæc vna afferri potest. Quidam morbi sequuntur τὴν ἄνοιαν, alij τὴν γένην, & διάθεσιν. Ἐπίσχεσις, καὶ σωματικὸς morbum quidem inducit vehementem, subitum, sed non diuturnum: quia suppresso collectoque humore secedente, soluitur morbus. Sed cum διάθεσις est, & γένεσις σωματικὴ, in multum tempus producitur morbus.

Lib. de aëre,
& locis.

Sectionis venarum ponè aures infœcundos facit, auctoritate Hippocr. Quidam non putant id fieri, quòd à cerebro magna spirituum copia fluat, sed quoniam sectione ista venarum cerebrum fit frigidius, & ideò spiritus animales, qui vnà cum cæteris ad semen prolificum faciendum concurrere debent, frigidiores fiunt. Notabis quoque alium locum, in quo Hippocrates scribit sectionem venarum in malleolo infœcunditatem afferre. Vide an hoc sit verum.

Lib. de locis
in homine
non longè à
principio.

Seruus Domini Pouart iam ab anno aut paulò plus, in digitis manus dextræ dolorem satis fugacem sentit. Deinde pars veluti motu tremulo & conuulsiuo tenetur: Dolorem tunc se in corde sentire putat, quasi humor ad ventriculum diuertat. Postmodum relicta parte dextra, nescio quid dolet in sinistris, tunc cor palpitat. Palmum istum se ægrè ferre dixit. Autumno ineunte omnia recruduerunt. Verè habitu est melancholicus per quandam affectionem. Dum nocte decumbit, opprimitur, suffocatur. Hæc sunt propria incubonis, & Epilepsiam minantur. Immo Epilepsię rudimenta sunt aliqua.

ANNOTATIONES.

1. **I**deam & huius constitutionis, & morborum in eam incidentium, Hippocr. initio lib. 7. Epid. describit, præsertim quod ad dolores capitis spectat.
2. Capitis dolores indomiti; his balnea aqua dulcis conferre potuerunt, cum esset febris lenis. Et pauci hoc animaduertunt, sed tamen verum ex Galeno.
3. Siriasis, quod fortè vredo dici potest, id est, adustio quedam.
4. Oxyrhodini & similium vsus, an tutus in doloribus capitis? Immo Aëtius, ex Archigene, citat acetum nocere, cum adsum vigilia.

5. Omnino hunc morbum λήθαργον videtur exprimere Hippocr. part. 35. sect. 2. lib. 1. prorrh. Dolor, ait, pectoris firmatus cum torpore malus. Nam & λήθαργος, & νοήρως idem ferè sunt.

6. Et eo in sensu dixit Hippocrates in Coacis, Qui ex leibargicus euadunt, pectore suppurati fiunt.

7. Reuera angustia venarum maximè consideranda est. Nam quibus hec inest, nullo profectu ferè demitur sanguis: Vnde non est mirum, si sæpè sectio in malleolo non conferat. Angustia istarum venarum id facit. Et sæpè non probe secatur vena, & superficialia tantum sectio est.

8. Si hepar calidius, & siccus est, & vena angustiores, utique non conuenit phlebotomia, & detrahatur laudabilis sanguis, saltem quoad sensum. Nam fortè aut falsus est, aut acer. Vide decisionem huius materiei in sequentibus.

9. Galenus citat historiam mulieris extenuatissima, cui etiamnum sanguinem dempsit: Sed admirabilior est historia Hippocratis, lib. 5. Epid. Narrat enim de viro qui patiebatur morbum, quem alio loco ἀνώγειον vocat, & tabescebat. Huic ex utroque brachio demptus sanguis.

10. Non mirum si Empiricorum sudatoria valent. Nam pronocatio sudoris est commoda valde.

11. Βληχρόν quid: Et alio loco ait, νῆσος βληχροτέρη, & γανάσιμος: qued pugnare videtur. Sed τὸ βληχρότερον ad sensum dicitur.

12. Galenus scripsit venas pulmonum esse aliquando focum februm ardentium, ad particulam 73. sect. 2. lib. 1. Epid.

13. Plerique & in peripneumonys, & in febribus ardentibus, & in inflammationibus hepatis & splenis, suspectas habent hemorrhagias: Contra Galenus in Epid. propriam hanc esse ardentium crisen dicit. Et in part. 35. lib. 1. Progn. inflammato hepate αἱμορραγεῖν optimum esse dicit contra eorum opinionem. Nam in uno quoque morbo, præsertim cum est dispositio inflammatoria, maligna quedam est vis, quam natura deponit in partem aliquam. Ideo si molitur hemorrhagiam, ea sistenda non est, ne fortè impediatur excretio tantula materia, qua est veluti anima ipsius morbi.

14. Idem & 4. Epid. de fullone, cui corpus torpescibat;

quod cessaret tussis. Hic ista sputi suppressio notandum quid attulit; & fortè nullus hoc crederet. Sed Hippocrates idem confirmat initio sectio. 7, lib. 6. Epidemiorum.

15. In Coacis Hippocr. & clarius sub finem ferè lib. 2. Prorrh. ubi docet, quomodo dolores capitis, & colli abeant per exanthemata, per excretionem puris tussi factam, & similia.

16. Qui curant hydropicos eos asis, yisque paucis uti iubent, & potum valdè circumcidunt. Et ut concedant ratione ipsius symptomatis id quadrare: ratione morbi, & causæ ipsius, id omnino rejiciendum. Nam marasmus $\alpha\epsilon\phi\rho\upsilon\gamma\eta\varsigma$, & intemperies sicca, cum inopia caloris naturalis, appulsam veri alimenti & actu, & potestate humectantis requirit. Siccitas verò ipsa tantam potus abstinentiam dehortatur. Itaque prudenter se hic gerere oportet.

17. Quoniam hic de balbis & blasis agitur, notandum est quod Hippocr. 2. Epid. scripsit, sect. 5. nimirum quod blasi morbos experiuntur melancholicos.

18. Aliquando generaliter $\pi\epsilon\alpha\upsilon\lambda\omicron\varsigma$ pro $\alpha\chi\upsilon\gamma\lambda\omega\sigma\sigma\omicron\varsigma$ sumitur: id est, celeri & expedita lingua præditus.

19. Ad balbos referunt & $\tau\alpha\varsigma \alpha\pi\iota\omega\sigma\varsigma$. Dicitur autem $\alpha\pi\iota\omega\sigma$, qui non satis expedito lingue plectro utitur, quasi aërem non feriens, quasi verba non exprimens conformansque.

20. Fernelius cap. 15. lib. 3. patholog. animadvertit in Medicos, qui inspectis urinis turbatis, vel potius crassis & rubris ad phlebotomiam descendunt. Errant. Rationem apponit valdè notandam. De his in sequentibus.

21. Verè is erat affectus, qui ab Hippocr. in 4. Epid. $\zeta\upsilon\mu\omega\sigma$ appellatur. Locus est præclarus 5. Epid. de Androphane. De eo idem ferè dicitur, quod & de eo agro, quem hoc in loco describimus. Sed inter cetera ait, Dolor erat ad cor, quem vena sectio soluit. Id est, cum sima hepatis sunt obstructæ, aut inflammata (in illis enim, ut & in ore ventriculi, sedes est febrium atudentium, ait Galen. in com. in primum Epid.) tunc dolor cor petit, id est, os ventriculi. Et cum dolorem phlebotomia mitigat.

CONSTITV

CONSTITVTIO AUTVMNALIS,

Anni Domini 1575.



Initium æstatis humidiusculum fuit, sic finis, immo maior pars sicca fuit, & pluuiis carens. Autumni principium, squalidum, siccum, pluuiis carens. Vina generosissima fuerunt. Verum fuit illud, In siccitatibus omnia salubriora. Morbi nulli populares vagati sunt, nisi quod infantium ætatula febribus tentata fuit: præsertim eorum, qui calidiore & sicciore temperamento, morbofi & valetudinarij degerent. Præ cæteris pufiones laborarunt, quibus adfuit ὀδοντίασις: Deliria, iactationes, vigiliæ multæ, squalor & calor summus corporis, vt ad narcotica veniundum fuerit, & ad vsum papaueris. Euadebant multo alui profluuiio. Seriacris & biliosi copia multa erat. Et verum fuit illud Galeni; Ad Apho. 7. lib 3. Aëris ambientis humiditas pituitosos aceruat humores, & non paucas generat aquositates. Siccitas verò pauciores generat humores, sed qualitate biliosiores reddit. Ob eam causam febres numero pauciores sunt iis quæ fiunt in temporibus pluuiosis, sed sunt acutiores. Hoc maximè in febribus, quæ vagatæ sunt obseruauimus. Facile prehendebant, iactationes & ἀλυσμὸς inducebant, vomitiones, deliria. Urinæ non erant tinctæ & calori analogæ. Caliginosus humor verè redundabat, aut potius ichor. Alui fluxilitas cum excrementis ὑδατοχόλοις ἀκρίτως morbum depellebat. Multis dolores ad dorsum, aut in quafdam alias partes. Contemperantia & lenientia iuuabant. Sed solo sudore dolores leuati, quia ichor tantum id faciebat. Quartanarum febrium ilias multa. Facile enim excitantur.

S

2. tur, ob conceptum calorem & squalorem in partibus imis, Quibus capita humidiora, iis parotidon similes extuberantia ponè aures excitatae sunt. Verè erant *επάσματα*, non *παρόπιδες*.

*Hippocras.
sect. 7. li. 6.
& alibi
Qua quis
parte labo-
rat, ea infir-
miore esse vi-
detur. cōtra
Apher. 49.
lib. 2.*

Tussientes quidam siderantur, aut parte aliqua laborant, praesertim si tussis sicca, & in qua nil expectoratur: quia materia supprimitur, vt hoc libro annotauimus. Sed mirum quod annotat Hippoc. Si quis aut pedibus, aut manibus laborasset, aut voce: tunc in ista siccitate tussis malum potius in ea quae laborarat parte, apparet. Quod contra Aphorismum Hippocr. Qui soliti labores ferre, vegetiores fiunt. Nam laboranti parti robur aduenit. Nos idem vidimus, quod & Hippocr. annotat. Si quis saepius scribendo incubat ventriculo, si quis pronus diu labore, & post in morbum incidat, multo grauius malum in ea parte quae potius in obeundo munere laborauit, innascetur.

Vxor Nobilis viri Du Breuil praegnant, veluti *φλεγματίας*, & hydropica facta est. Valdè catarrhosa erat. Sicca & inanis tussis. Pedes inflati, & in brachiis stupor quidam. Paralysis metuebatur. Inflata est. Bifariam inflatio cunire poruit, tum catarrhi ratione, tum quia refrigeratus est corporis habitus, tum reuocatione caloris ad vterum, hinc enim decolores redduntur grauidae; tum ob quater repetitam phlebotomiam. Post partum remansit hydrops. Profluuiò vrinae magna ex parte liberata est.

7. Epid.

Alia quoque mulier praegnant similiter intumuerat. Fœtus immobilis erat & semimortuus. Nesciebamus an grauiditas esset solum, an hydrops. Data apozemata aperientia & hydragoga: non multo post motus est fœtus. Prudenter se se gerere oportet in his. His duabus historiis similem & valdè notandam habes in Epid. de sorore Harpalidae.

Semitertianarum accidētia.

Historia.

In primo Epid. nostrorum libro adumbrauimus febres semitertianas, & tertium-genas. Nemo credat quanta & quam formidabilia symptomata in semitertianis. Tamen si legitimas non viderimus, saltem obseruatae sunt quaedam ad eas accedentes. Ea mulier quae ad ripam Cœnobij Celestinorum habitabat, ad insigne Ensis lignei, aliquid semitertianum habuit. Inter cætera pulsus admodum languidi

& parui sunt, cardialgiæ sunt perpetuæ. Et Hippoc. in Epid. meminit quorundam semitertiana laborantium, & inter cætera cardialgias magnas omnibus adfuisse testatur. Lib 7. Epid.
Cardialgia
propria se-
mitertiana.

Vxor veterinarij, octo menses grãuida, per multos dies hæmorrhagiam ex vtero patiebatur. Id ipsum neglexit etiam admonita à Medico. Valdè cacochyma erat, ideo minus commodè sanguinis insolentem effluxum ferebat. Tandem victa malo decubuit. Horret. Ægrotat valdè. Partes extimæ refrigerantur. Ἄφρωνος fit: de funere agitur. Difficultas summa an accelerandus partus, cum metuendum sit ne non sit ferendo, tum ob eam quæ præcessit euacuationem, tum ob eam quæ edito fœtu, & referatis magis viis secutura est. Non dubitauimus, & cursum sanguinis reprimere, & aliqua ratione vires sustentare, vt sufficerent, si fortè natura partionem moliri vellet. Obstetrix prudens in tam ancipiti casu, & in vili isto subiecto, cum ἀνέλπιτον foret, ausa est aliquid. Multis vtrò tentatis enixa est fœliciter. Eodem die febris, & non multò post singultus, qui magnam difficultatem attulit. Credibile ab inanitione esse, vt tamen illa inanitio non esset mortalis. Sed quemadmodum aliis in locis obseruauimus, vt corpora κακόχροα, ὑπόχλωρα, calida & sicca (cuiusmodi erat corpus illius, non faciliè ferunt detractionem sanguinis è brachio, præsertim si laudabilis sit, vt colore sæpè laudabilis est; immo (quod nos obseruauimus) deficiunt animo sæpè, aut multo imbecilliora redduntur: Ita huic mulieri euacuatio longa sanguinis nocuisse potuit, & illa κενόρυξῑν potest attulisse suspicionem exhausti & inanitionis, non absolute, sed κατὰ π, cuius ratione illa singultierit. Vel singultus iste à concluso humore bilioso erat circum partes ventriculi, qui quidem in sin is hepatis ferociebat & tumultuabatur, & quandam speciem febris lipyriæ attulit, à qua interiit. Quod si natura potens fuisset ad excludendum, causa & occasio singultui non data fuisset. In febribus autem & continuis, & tertianis præsertim cum bilis non egreditur, singultus eueniunt, quia, vt ait Hippocr. Initio februm hepar intumescit, & ἀναπύσεως expanditur & ex-

3.

Libro de diebus iudicatoriis.

Ratio terrificorum &

S ij

*infortiorum
sympt. initio
februm &
paroxys.*

tum enascitur occasio. Ista mulier ad mortem singultiendi ferè finem non fecit. Nono (vt credo) die interiit.

Multis tusles fuerunt siccaë, molestæ valdè, & dolores capitis incredibiles. Iuuit dare narcotica ad compescendam destillationis vim. Deinde, tanetsi febris aliqua adesset, sed non tam essentialis quàm symptomatica erat; pilularum iuuit vsus, vt obseruatum est & in plurimis aliis.

Ophthalmiæ siccaë vagataë sunt, quibus maioribus erat occurrendum remediis. Contemperantia valdè iuuabant.

4. Sed & plerisque, præsertim mulieribus, quarum corpora densiora distillationis beneficio carent, in tibias factæ sunt valde importunæ fluxiones, eæque efferæ & malignæ; Quicquid in cutaceis apparebat, erat partim phlegmonodes, partim erysipelatodes. Repressum, refluxebat ad alias partes. Adeo effrænis & indomitus erat humor.

Aperto cadauere filiolaë Domini Scaronij Consulij, quæ duos menses integros laborauerat, & febricitauerat, inuentum hepar incanduisse præ calore, vt esset friabile. Et cum nata parente vtrouque sit valde bilioso, cystis fellis amplior omni opinione erat, pro rata partium singularum portione. Pulmones aliquantulum adhærebant, cæterum erant integri, quod mirum, cum humidissimo esset cerebro, & multum tussiuisset. At credo tussiendi inane hoc desiderium à feruore hepatis fuisse. Quod notandum. Alioqui vix incolumes, esse potuissent. Vterque ren lapidosus erat. Trianguli erant lapides, & inserti in substantiam renis. Aluus variis excrementis toto tempore fluxerat, & *duo menses*. Incuria mulierum, quæ accersere Medicos nolentes, in triualibus suis remediis spem posuere, tacitè & clam totum rectum intestinum sideratum erat. In cerebro, potè humidiore, inuenta est aqua multa. In hoc peccasse videntur Medici, quod ætatula impedit venam non secuerunt. Nunc scire oportet in pueris etiam, si assiduitas febris sit, si de interno feruore constat, & caloris corruptis dominatu, tutò venam aperiri.

*Ætatula
puerorum
non debet
ratur vena;
sectionem.*

Annotauimus paulò antè, quibusdam maculas rubras & exanthemata apparere, nec tamen de iis securos nos esse oportere, licet sine febre sint. Ex lib. 7. Epidemiorum

historiam notandam adduximus. Et in squalida constitutione præcedente, vt etiam ante dictum est, & pueris, & mulieribus apparuerunt. Cum sine febre essent, parum curauerunt. Tamen semen mali delituit. Quasi verò cum natura istam promouet excretionem, signum edat aliquod latentis malignitatis, vt licet non adsit febris, saltem ἀξίολογος, purgatione non sit abstinendum. Id declararunt D. De Chasteauncuf, & Guerard cui vtrique cum ea eruptio facta fuisset, non multò post grauiter laborarunt. Cum altera nempe D. Guerardi vxor, grauiter laboraret, collum, & scapulas doleret, & lassitudine ossea vexaretur, per octo dies anteuertentur menses, quod in febribus sæpè euenit. Tunc valde sunt solliciti Medici, an audeant phlebotomiam celebrare, tum ne in posterum periodico fluxui vis non inferatur, tum ne cum fluunt menses, καὶ ἄρροπιῶν impediatur, quæ quidem in omnibus morbis bona. Nisi dicas per menses laudatè semper fluere sanguinem, è brachio illaudabilem. Vnde plus effectus consequatur. Tamen non tentauimus phlebotomiam, & conualuit. Vide quæ annotauimus in primo libro nostrorum Epidemiorum.

De vxore veterinarij paulò antè. Ea patiebatur fluxum sanguinis magnum ante partum, & in ipso pariendi tempore. Quæsitum in primo Epidemiorum libro à nobis scripto, an partus accelerandus. Quibusdam videtur æquum, quia tandiu natura molietur symptomaticè istam excretionem, quandiu frustra conabitur fœtum excludere. Aliis non videtur. Et si non adsunt tormina, quæ excretionem iuuant, arte excitanda quidam credunt. Vnde nonnulli argentum viuum deglutendum dedere. Hic prudentiam Medicorum desidero maximam, quoniam nondum de ea re definitum est. Vxor Pistoris, & pleræque aliæ animam *Historia.* efflarunt non excluso fœtu, ob istam euacuationem præcuntem copiosiore.

In 1. Epidemiorum nostrorum libro annotauimus, in sequitia symptomatum, quæ erant prænuntia exanthematon (sed hoc ignorabamus, quia fortè cautiores fuiffemus) nos medicamenta & phlebotomiam tentauisse, cum ea eruptio præsto adesset. Et tamen innocuum vtrumque remedium

5.

Apparenti-
bus exan-
thematis
etiam cele-
brata phle-
botomia.

Historia.

uit. Vt iam anile sit credere, nil in exanthematis tentandum. Immo ex tribus pueris exanthemata passis, qui purgatus est leuius habuit, vt in familia Dom. Amorrhæi visum est. D Denisot narrat, Abbati cuidam, cum nil de exanthemate eruptione contaret, phlebotomiâ largè celebratâ, à prandio erupisse illa. Calumniabantur Medicos. Tamen nil inde euenit deterius. Immo cum seruæ cuidam exanthemata, eaque densissima paruissent, nec non lingua intumuisset, flagrante etiam malo secta est vena, copiosus detractus sanguis, & hoc innocuum fuit. Notandum hoc.

Docuimus corporibus squalidis, biliosis, siccis parcius detrahendum sanguinem. Item phlebotomias lateris sinistri imbecilliores nos reddere, quàm dextri, an ob situm cordis? Tamen vidua Barnabæ Panthou iam in se ipsa obseruauit alacrius multò se ferre sectionem sinistri, quàm dextri brachij. Et nos id vidimus. Sic bonum est rogare ægros vt se habeant ad phlebotomias sinistras aut dexteras.

Quorsum tam reuerenter quidam dant medicamenta, & non nisi *πέποινα φαρμακείνειν* volunt? Quasi verò tam sanctè audiendus ille Aphorismus Hippocratis! Nam cum quis diu sanus vixit, & repentè incidit in morbum (nisi fortè is adeo sit leuis, vt nullius egeat cura ac procuratione) numquid humores aut quantitate, aut qualitate peccantes, & præ copia putrefacti & naturam obruentes sui euacuationem postulant? Si fluores alui copiosos natura molitur, idque legitimè & ægrotum commode, cur non & idem ars efficiat? Si initiis morborum, cum tamen, si quando aliàs, omnia cruda sint, laxamus aluum, cur non audacius aliis temporibus, nisi cum natura est proxime morbum aggressura? At fateor in inflammationibus medicamenta non conferre, præsertim validiora. Sed si mesenterium obstructum & humoribus plenum, cur non pharmaca præscribes?

Gerardi Denisoti herpetas miliarès, & *ἀγαθήσεις ἀφθώδεις*, tum in ore, tū circum os eulum ventriculi patientis commemorabilis est historia. Hic biliosus *ἀνω* semper fuit. Et vomitionibus assiduis obnoxius est. Magna illius humoris est & *πικρότης*, & *ὄργασμός*, & *ἀναρρόπιη*. Præterea *τὰ λευκὰ* patitur sæpè. Causa ad eundem humorem referenda

est. Galen. enim Aphor. 12. lib. 4. aphthas in ore ventriculi leienteriam inducere docet. Sed ad hunc virum, & eius morbos valde pertinet id quod Hippocr. scribit in lib. 2. Prorrh. in quem librum Galenus commentum non scripsit; Leienteriæ continuæ & diuturnæ, egestione subeunte cruda, aut nigra, aut graueolente, omnes malæ. Sitim inducunt, potum ad vesicam non promouent, os exulcerant, ruborem eleuatum in facie eleuant, maculas solares omnis coloris excitant. Ex iis homines fiunt impotentes, &c. Legatur locus, quoniam veram ideam leienteriarum explicat, & symptomata, de quibus nemo vnquam scripsit.

Dominus Le Noir, sub finem Æstatis, & circa eius medium variè afficiebatur. Verè melancholicus est, olim valde biliosus: Abundat calore acri & corrumpente alimentum. Nec verè proficit edendo. In quartanam aut similem morbum casurus erat, nisi prouisum fuisset. Eum medicamentis lenibus identidem repurgauimus. Multa illuies edueta est humorum. Cum tamen non multum abundaret sanguine, quærebamus an sanguis esset mittendus. Ter misimus. Illaudabilis erat. Multis vtrò citròque factis conualuit. Venas latas habebat, ideo minus phlebotomias reformidauimus, vt ante annotatum est. Similis huic est historia in Epid. Vir quodam morbo tenebatur, cum sine cibo esset fortiter in ventre fugebat ac dolebat cum edisset ac contriti cibi essent, tempusque post cibi esum accessisset, non longè postea idem patiebatur. Corpus tabescebat ac consumebatur, alimentum non contingebat à ciborum esu, per aluum secedebat cibus prauus ac combustus. Cum recens cibum cepisset, ipso tempore minimè fugebat, nec dolor aderat, nil opis sentiebat à medicamentis. Vbi vena secta esset in vtrâque manu, donec exanguis redderetur, postea vtilitatem percepit, & à malo liberatus est. Idem erat quod & in ea muliere extenuata, in qua largam sanguinis detractionem fecit Galenus. Porro cum illam historiam particularem proponit, explicat iisdem verbis quibus vsus est, cum morbum quem *avastu* vocat sua lingua. Quo morbo interiêre Marscallus in ripa Sequanæ, & Baldwinus Medicus, & Dom. d'Hodeuille, & quibus omnino

hepar biliosius, siccius, & squalidius, vt prauo omnino humores generentur, & hepar ipsum non amplius suum velit facere officium.

Ichor & sanies animat morbos & dolores maxime existant.
Lib. de hom. structura.

Ichor & sanies maximè dolores & morbos excitant. Unde de eo in libro 1. Epid. annotauimus. Et mirum non est si Autumno morbi potius qualitate, quam quantitate humoris agitent nos. Hippocr. enim diuino velut oraculo, quod nemo obseruauit, ait Autumno atram bilem & saniem succrescere, quod siccus sit & frigidus. Saniem autem istam aquosam & sanguineam dicit. Et sub finem hoc plenius explicat, dum ait. A 26. Nouemb. ad 12. Decemb. sanies augetur, ideo acerbis & austeris vtendum. Hinc profluuiorum in Autumnum incidentium maleficium & diuturnitas,

Libro 1. nostrorum Epid. annotauimus de falsa imprægnatione. Ad quam disputationem duo addi possunt. Prius, an fiat, vt diuersis temporibus verus fœtus excludatur, & mola, aut falsum germen vulgo vocatum. Quoniam in Damisella de Briaco legitimo partu pusio exclusus est, viginti post diebus veluti mola exclusa est, & erat *ἀψυα σαρκώδης*, vt in libris de morbis annotat Hippocr. Quod ad hoc pertinet, videtur fieri posse, & id Hippocr. obseruat: Mulieri, ait, cum abortus factus esset mense quintogemellorum, ab altero quidem statim liberata est, ab altero prius aut posterius quadraginta diebus.

Secundum est, vt discernas, an sit sanguis solùm, an verò pelliculæ sint. Quoniam hic decipi facile est. Si sanguis est, aqua calida soluitur: si caro, pelliculæ adsunt, restant post affusi sanguinis eliquationem. Tamen quidam dicunt in audacibus & calidioribus sanguinem per se in aliquid carnosum & pelliculosum cogi posse, ratione fibrarum, quæ ipsæ sunt eius rei causæ effectrices. Contrà in timidis id fieri nequit. Facile enim liquatur sanguis, carens scilicet fibris. Et in Ioanne Dorleans, malis moribus prædito, & audaci & feroci veluti carunculæ repertæ sunt, æque oblongæ in orificiis vasorum, à corde ad pulmones pertinentium. Credunt in eo sanguinem concreuisse à calore, vt pote maximè fibrosam, & id induxisse.

Quidam difficulter spirabat, anhelosus erat, macruerat.

Omnes accusabant pulmones. Aperto cadauere nil commemorabile in pulmone repertum est. Cor (quod admirabile est) mauiusculi capitis magnitudinem adæquabat. Adeo increuerat, vt omnis sanguinis & spiritus eò facta sit *σπρόν*, & *συνσπρόν*.

Puello difficultas deglutiendi, & papillæ mammaram apprehendendæ. Cornicula circum circa collum applicita. Quam mox restitutus est.

Refectoris impluuiorum vxor prægnans latus dextrum dolet. Dum sana est, de eo querula est latere. Fortassis quia pars hæc infirmior est, aut hæret pulmo ad costam. Mirum quod contigit. Cùm febris crescebat, quæ certè erat partim essentialis, partim symptomatica, tantus dolor erat, vt summam difficultatem spirandi afferret. Ergo non erat pleuritis, sed dolor lateris pro motu febris, & humoris exacerbatus. Nam quicumque laterum doloribus est obnoxius, dum febris adest, aut adesse debet, dolet tunc latus, eodem modo ac si pleuriticus foret: frangente se febris calore, minuitur dolor. Quod arguit dolorem istum accidentarium esse. An his sectio venæ confert? Confert, sed non sæpius repetita, quia non tam fit per inflammationem aut impactionem, quàm infirmitatem, vt quæ pars infirma est, faciliè corpori condoleat. Maximè verò sese profert dolor in grauidis, ob compressionem vasorum à vasis.

*Vide lib. 2.
Consiliorum*

Mulieri penè strangulatæ, & ventrem dolenti applicuerant mulieres ad abdomen calefactoria & emplastra. Medicus talis applicationis inscius venam secat. Sanguis pigrè fluit. Amouentur fortè fortuna ea quæ ventri adherabant: copiosè fluxit sanguis. An non si cui pleuritico venam aperias, & cataplasma lateri applicatum sit, id sanguinem sistet? Credibile herclè id est.

ANNOTATIONES.

1. **V**idimus multis pueris, immo & matribus corpus exanthematis rubris infectum. Sine febre erant, & nulla *Stortia*. An de his nos esse securos oportet? Nequaquam, tametsi absit febris. Nam Hippocrates narrat de puero, cui sine febre exanthemata paruerunt. Secuta sunt conuulsiones, & mortuus est. Omnia tuta timenda sunt. Vide 7. Epid.

2. Et parotides in siccitatibus apparentes non necesse multam suppurari, ut etiam ex 7. Epid. patet.

3. Alio loco obseruauimus, biliosis non ita sepe corruptum detrahi sanguinem. Quamquam in alijs qualitatibus est quidam excessus, sed is non est manifestus.

4. Immo plerasque vidimus ischiadicas. An ischiades in siccitatibus? De hoc ambigit Galen. in Aphorismis. Notandum hoc tamen. Sed erat inaequalis tempestas, praesertim ob incipientem hyemem. Nec enim siccitas id per se facit.

5. Puerorum aetas virium substantia abundat. Verum quandoquidem calidum humidumque corpus obiinet, perspirabile, delicatum, molle, quodque assiduo digeritur ac defluit: sanguinis tamen missionem, ut adultorum, urgente morbi magnitudine & praesente virium robore fert. Quod verò Galenus pueris venam non secuerit ante 14. annum; id de plena & larga sanguinis profusione veteribus, etiam ad leiposthysiam, consuet. audiendum. Atque ita Auenzoar se filio suo trimo venam secuisse salutariter testatur. Cùm enim Medico liceat naturam imitari, ut illius minister: sponte autem natura tum pueris, tum lactentibus infantibus abunde profluat sanguis è naribus: quidni liceat naturam imitari, aliqua licet virium imminutione & iactura. Optandumque magis est, ut offensis quodammodo viribus à morbo vindicetur puer, quàm, seruata plenitudine, interna alicuius inflammationis aestu & feruore intereat. Non est igitur aetas, quae non aliquem vacationis modum ferat. Intereat enim, non quae aetas sit, neque quid intus geratur (ait Celsus) sed quae vires sint. Firmus puer, robustus senex, grauida mulier valens tuto sanguinis detractione curantur.

6. Ea de re Aphorismus est ex Coacis citatus in lib. 7. Epid.

nostrorum ; sed Galen. comm. in particul. 50. lib. 3. Prorrh. hoc planè explicauit. Et id maximè contigit filie D. Angenoust.

7. Ad hunc locum pertinet locus Galeni cap. 5. lib. 9. meth. Si tempore mittendi sanguinis mensis moueri contigerit, si fluentis impetus inspectus satis fore videbitur, qui solus, quod requiris, vacuet, natura rem omnem permittes : sin minus, tantum ipsi detrahes, quo ex coniunctis ambobus perficiatur quod postulas.

8. Cùm morbus siccus, & crudus dicitur, id fit non quod non sit materia ad excretionem sequax, sed quia ratione febris superficies interna ventris ardet, & materia ipsa. Sic non est à purgatione abstinendum, præsertim per lenitiua medicamenta. Nam lenitiuum & refrigerans catharticum preparat (quod coquere est quodammodo,) & euacuat.

CONSTITVTIO

HYEMALIS,

Anni Domini 1575.



QUICQVID dicat Aphorismus iste, *siccitates imbribus salubriores ; oportet distinguere* αὐχμὸν, & ἔνπορνα. Nam siccitas bona est, *In squaloribus dolorifica ophthalmia scilicet. 7. lib. 6. Epid.* sed αὐχμὸς, & tēpus αὐχμυπόδ malum est. Nam excessum in siccitate facit, & ostendit. Et qui humores tali tempore dominantur, non tam humores sunt, quàm ἰχόρες, & serum αὐχμυπόδ. Et non est quod dicat quis in squaloribus ipsis nullum aut paucum excrementum redundare : Vt ea ratione in siccitatibus dolores articulorum fieri non putarit cum Hippocrate Galenus. Bifariam aut trifariam respondemus : Primum quouis tempore, etiam sicco, potest prouentus esse humorum, aut potius ichoron : vt non tam quantitas eius quod superfluit,

T ij

*Aliud est di-
cere atates,
n' iud natu-
ras. ad part.
78 sect 2. lib.
4. Epid.*

quàm eius qualitas cōsideretur. 2. si adest serum superfluum in corporibus tempore squalido, non tam adest prima generatione materiali, quàm formali. Id est, Si præcedat humiditas multa, deindè repente adueniat constitutio pluuijs carens, immò squalens & caliginosa, aderat materia, ratione antecedentis humidæ tempestatis: sed succedente sicca & squalida, absimitur quidem crassior quædam pars, sed serum quoddam remanet, propriam habens generationem, ἄγρυπτος αἷμας, quod deterius toto humore. Tertiò, si qualis aër, tales spiritus & humores, quis dubitat quin spiritus nostri squalcant, item & humores? Quarto, in αἷματι etiam alimentum ipsum aret & squalent. Sic partes nostræ internæ arent & squalent in eiusmodi statu. Vnde videmus corpora emaciari, & quæ tenuia sunt corpora, & λεπτά, ea penè extabescunt. Adeò magna vis ἔσται αἷματι. De his diximus in primo tomo Consiliorum nostrorum in voce τὸ ξηρόν. Et nisi nos ipsi vidissemus, nunquam credidissemus tantam esse vim squalorum. Æstas quidem per se ista squalida sana fuit. Sed totus autumnus, & hyems male sana fuit. Autumnus initio (ait Hippocrates) serum dominatur. Quod (credo) fit bifariam, tum ob intempestium usum fructuum horariorū, tum ob præcedentem æstatem, quæ adussit humores, & nescio quam siccitatem in partes solidas induxit: Et eum humores aliquatenus viti sunt, eorum serum deterius est, & ob empyreumatis vim, & nescio quam impressionem, quam recipit ab autumnus inæqualitate, maleficijs multis sese profert ac ostentat. Iam antè docuimus dolores capitis summos in eiusmodi squaloribus vagatos esse, ophthalmias ficas, & ἀγρυπτος, species quædam ignis sacri in tibias, in brachia. Quædam paralyses, non valdè contumaces, sed malas, ob effrenam vim ferri. Maximè verò autumnus finito, Ischiades genus muliebre vexarunt. At nunquā ischiades in siccitatibus? Non quidem ratione ipsius temporis, nec quamdiu, viget tale tempus, non adsunt. Sed cum repressus est squalor succedente autumnus & hyeme, tum dolores isti populati sunt: nec quosuis tenuerunt, sed mulieres. Quod his de causis contigit. Fusio fit ob squalores, corpora perspirantia non tam

*Lib. de struct.
hominis.*

*Inclausus
- quædam
- leguntur
- C. Hippoc.
- hinc dicitur*

2.

grauiter habent à fuffione ipfa, minimum perfpirabilia læduntur: at tale genus mulierum. Item tum demum ifti dolores fuerunt, cum fqualidum tempus autumnalis conftitutio & hyemalis exceperit: vt non fit mirum, fi in corporibus astrictis, ob proximitatem conftitutionum penè contrariarum, mutatio facta fuerit magna. Et arthritides, & ifchiades etiam in mulieribus diurnæ non fuerunt: quia non erant genitæ à frigidis & crassis humoribus, vt ferè fit, fed à fero quodam. Vnde clamofæ quidem fuerunt, fed non diurnæ.

Nunc videamus duo, cur mulières eo non folum tempore potius egrotarint quàm viri, fed etiam tota ferè hyeme; an quiddam tale vnquam reperiatur apud Hippocratem. Cum natura frigida mulierum modico contrariorum vfu gaudere videatur, fqualidum tempus fortè conferet, abfumens humiditatem multam. Pofterius, quinam alij morbi pofl tonsillas, ifchiades, dolores capitis in hominum genus miserè inuaserint.

Ac primum quod in fqualoribus mala dolorifica ab indomito potius fero fubtus serpente, quàm à multa materia, in vulgus fequiant, præter ea quæ fuperius dicta funt, illud est commemorabile, quod fcribit Hippocrates, dolorificas admodum ophthalmias in fqualoribus vagari. Immo fi ueret Hippocrates, non poffet melius deferibere morbos, qui eo ipfo tempore vagati funt. Nam & meminit tuffium vehementiffimarum, & peripneumoniarum, & ante æquinoctium faucium inflammatarum, & leuium fiderationum: Deinde fub finem ait: Et eruptiones in æftate fiebant, & in ficcitatibus lippitudines dolorofæ populariter graffabantur. Primum viri potius tuffiebant quàm mulieres, quia (ait) foras magis prodirent viri quàm mulieres. Et pofl dicit; Anginæ famulas frequentius corripiebant, quibus & violentiffimæ fiebant, & eas interimebant. Vnde infra annoto de ferua Confulis Scaronij, cui talis erat angina ficca, & tanta ficcitas, & *αυχυός* in faucibus, vt præ faligua defectu illa ferè fuffocaretur. Et prout iniiciebatur ali- quid madefaciens & humectans, ita illa facilius respirabat. Denique multis abfcelfus, & ardores circum faciem, fau-

ces, oculos, vt in eorum canthis pruritus intolerabiles, tumores sub lingua, & ad guttur.

*Phlebotomia
praferenda
cathartico
praesente in-
flammatoria
dispos. vètris
inferioris.*

Sed & innumeris dolores ventris inferioris à dispositione inflammatoria, vt potius ad phlebotomiam recurrendum esset, quàm ad catharticum. Ad eò praesentis abscessus erat metus. Multis Venam secuimus, & profuit.

Dolores capitis cum specie febriculæ in capite eo modo perseuerarunt, quo diximus initio libri huius. Fratris D. De layau historia fidem facit, & eius qui moratur ad insigne floris lilij albi: Cui vtrique hemicrania erat intolerabilis, incipiens à septima matutina quotidie ad quartam aut quintam serotinam; cum tanta acerbitate, vt ferè in desperationem inciderent.

Inter cætera mirum fuit, quod ferè tota hyeme, & ad mensem Ianuarium solæ mulieres ferè corripiebantur. Hippocrates tale aliquid obseruat: Ait enim, loquens de pustularum eruptione in squaloribus. Nulli masculo tales erupisse vidi. Nulla autem mulier mortua est, cui hæc fiebant. Et horum rationem reddit etiam in Epid. Mulieres nequaquam similiter ac viri morbis corripuntur.

*Seç. 7. lib. 2.
Epid.*

*Iuuenes &
mulieres cor-
ripuntur tem-
peramento cù
sunt, iisdem
morbis corri-
piuntur.*

*Seç. 2. lib. 1.
Epid part. 7.*

Quærat quis. Quis sit vt in eodem tempore quidam iuuenes, qui natura calidissimi sunt, & mulieres quæ contra sunt frigidissimæ, iisdem capiuntur morbis. Nam temperamentum diuersum est. Admirandus est Hippocratis locus, vbi notat & calidissimos, & frigidas mulieres, frigidissimasque naturas iisdem morbis obsideri. Galenus summus interpretis ait aliud esse considerare ætatem, aliud naturam. Nam ratione ætatis iuuenes per se, & propriè morbis corripiebantur, per propriam generationem. Sed mulieres ratione suæ naturæ ex euentu laborabant, per suppressionem tantum.

Sub finem hyemis mulieres non fuerunt à morbis immunes, vt nec antè. Nam pleraque eodem tempore tenasmi dolorifici vexarunt, vt populariter in mulieres, & grauidas præcipuè vagarentur.

Quibus natura infirmi erant pulmones, & vitiiati, illi derepente in febrem inciderunt, in dolores lateris, in peripneumonias, quæ intra quinque & septem dies mortem

attulerunt. Multos interiisse vidimus. Qui primo quoque tempore curati, antequam febris aucta fuisset, & au-xisset vsum respirationis, ij ferè euaserunt. Nam dum febris magna est, licèt primùm ipsum pulmonem non sit ador-fa, oportet augeri vsum respirationis, & duplo magis pul-monem moueri. Et sic quæ ratio est totius corporis impu-ri, eadem & vnius partis. At si quis impurus laborat, & exer-cetur, vlcera erumpunt: sic si ratione aucti caloris pulmo du-
 plo magis mouetur, si qua labes, aut sanies, aut abscessus latens, aut vlcus, ea sese manifestant. Vndè inopinato post febres parui momenti, derepente succedit species quædam falsæ peripneumoniæ, quæ excitatur in pulmone, qui mouetur veluti commota camarina: id est ea vetere im-puritate, quæ pulmonis parenchyma offercit. Testatur hi-storia mercatoris, ad insigne trium corollarum. Qui cum fe-bre exigua, & veluti typica laboraret, vt ferè decumbendi necessitas non esset, & flueret gonorrhœa, vt propterea se-ctio venæ, quæ parum profutura videbatur, differretur: ter-tio post die exacerbatus est, & continua febris tenuit, tus-sicula inanis, nonnulla difficultas spirandi, postmodum do-lor lateris sinistri: sequenti die sputum varium, cruentum, planè vitiosum, expectoratum est, alius lata excrementis subuiridibus, cum epanthismate spumoso, aucta difficultas spirandi, *πέσχος, ἐφιδρωσις*. Nono mors. Primis diebus nil tale expectabatur. Huius rei rationem paulò antè red-didimus.

De pulmonii morbis.

5.

6.

7.

Domino De fon-lebon dolores nephritici, octauo aut nono die excreta est per penem materia acidissima, & frigidissima. Dixit se planè conualuisse. An id tantorum dolorum causa esse potuit? Ita fanè, si verum est, quod Galenus de dolore colico à pituita vitrea narrauit.

Vxor Domini Denisot diabete laborauit. Eandem aci-dam pituitam eum affectum committere signis colligebant. Reuera tenasmos & dolores à tali pituita ortos ferè crude-les omninò fuisse vidimus. Testis tenasmus fabri lignarij tam diurnus.

An benè faciunt, qui præsumi aliquid ante phleboto-miam volunt, vt vires valeant? Hippocrates suo tempore id

Lib. d e vicia v. bmo.

*Præsumendum
aliquid ante
vena sectionem,
ut vires
valeant.*

faciebat. Galenus non probat, nec interpretes, quod nostris temporibus, quibus ventri indulgetur, ventriculus multa pituita, tanquam semicocto alimento, scateat, nec ita ieiunus sit, ut erat tempore Hippocratis, quo homines temperatissimè viuerent. Immo (dicit aliquis) nostro tempore cum multa sit cruditas, non minus metuendum est viribus, quam si omninò vacuus esset ventriculus.

8.

Vidua Barnabæ Panthou sæpè nephritica erat. Aliquando è vesica detractus lapis. Tandem post multos dolores nephriticos doluit inguen sinistrum. Febricitauit. Mox in imo ventre dolor erat intolerabilis. Lactatio. Vomitiones assiduæ. Immo dolor ad pectus. Variæ admodum species erant doloris. In sinistro hypochondrio tumor apparebat magnus, & durus. Quidam verè splenem intumuisse dicebant. Alij renem. Febris marasmodes. Conuulsiones. Frequentes leipothymia. Inuoluntariè profuebat vrina. Species quædam erat diabetæ. Vrinæ tenuissimæ; aliquando cruentæ. Post multos dolores, mors. Aperto caduere ren sinister inuentus est lapide obsessus exiguo. Ren in magnam molem vndiquaque increuerat. Adæquabat renem bubulum magnitudine. Paulum saniei in eo erat. Dexter adeò paruus erat, ut ferè reperiri non potuerit. Macruerat multum. Nunquid verum illud, à renibus febres marasmodes contingere?

*Mala ulcera
hydrarg.
curantur.*

Dominus Denisot narrat de quodam iuvene nobili. Huic erant vlcuscula nulla arte sanabilia. Recrudescabant sanata. Tandem visum est optimum, si hydrargyro oblineretur, & tamen sputatio seu saluatio non procuraretur. Sine relapsu conualuit.

Recens nuptæ dolor ad sinum pudoris. Ulceratio aliqua. Caruncula increuerat. Accusatur maritus. Tandem reperiunt affectum esse eum, quem Hippocrates vocauit columellam, sub finem libri secundi de morbis mulierum.

Duci Lotharingiæ mortuæ post dolores acerbissimos, ad anum ventrem repertus est omninò reuolutus, & complicatus yterus. Hunc morbum non omisit summus Hippocrates, quem vocat complicationem yterorum.

Rhotomago

Rhotomago venit mulier à Medicis relicta. Hæc appetentibus mensibus angitur, dolet, furit melancholicorum more. Quid rei sit dubitant. Tandem colligunt eum esse affectum, quem Hippocrates in libro de morb. mulierum vocat *Atram bilem in uteris*.

Suprà notauimus, initio autumnii, & principio hyemis, multas mulieres ischiadicas factas, cum id videretur fieri ratione æstatis præcedentis squalidæ & omninò siccæ. Si mulierum corpus humidum frigidum, cur non iuuabatur ista æstate, & tempore squalido? At per id tempus attenuati sunt humores; & cum præ cutis densitate exitum non haberent, suppressione ipsa potius hoc morbi genus adduxerunt, quam si humor non esset attenuatus. Galenus non probat in Aphorismis, quòd Hippocrates dicat arthritides in squaloribus vagari: Dolores articularum, qui fiunt ex fluxionibus, nullo modo per siccitates vagantur. Denique concludit non verè arthritin eo tempore fieri, sed passionem quandam articularum, nimirum difficultatem quandam motus ob siccitatem immodicam. Verum quidem est hoc in maribus, sed in mulieribus contrà potest euenire. Nimirum quibus corpus paulò calidius, eæ possunt incidere in arthritin, diffusionem humoris qui exitum non habet. Declarant duo id quòd diximus. Nam non æstate ipsa ceperunt fieri arthriticæ, sed autumno, & incipiente hyeme. Idque ob suppressionem. Secundò non quæuis mulier ischiadica fuit, sed eæ præsertim eam affectionem tulerunt, quæ inter mulieres essent calidiore temperamento, & feruidiore hepate & sanguine, & serosiore. Sauanorola contra Galenum docet quomodo siccitas ischiadem inducat: mala complexio sicca operatur dolorem iuncturæ exiccando, & prohibendo consuetum, fluxum humiditatum, vnde deinde ad iuncturas mittuntur. Etsi enim mulierum genus omninò frigidum & humidum, facta cum viris comparatione: inter mulieres sunt, quæ abundant calore acris & qui tales humores generat: vt suppressione tenuissimæ bilis & ichoris, maxima in congeneres morbos propensio fiat. Declarant ea quæ paulò diximus antè ex Epid. vbi annotauimus & iuuenes, & mulieres multas communi

ro. lib. 9.

cc

cc

Differt Arthritidis ab articularum passione.

cc

cc

cc

V

morbo prehenſas fuiſſe : iuuenes per ſe, & propria generatione, mulieres verò per accidens, & ſola ſuppreſſione, & τῆν δυοδραφορίαν.

Lib. 1. Epi-
demiorum
noſtrorum.

- Notauimus iam antè, multis oboriri dolores lateris, qui aut ſecta vena, aut aliquo remedio uſurpato, ſtatim euaneſcunt. Et propterea ſecuros eſſe non oportet. Nam inde ſæpè peripneumonia ſuccedit. Immò iſti dolores lateris ſunt tantùm accidentarij, nimirum per reſudationem feri acriuſculi, in corpore ipſius pulmonis ſtabulantis. Et
9. cùm febris adeſt, & præſertim thoracem occupat, fit velut ebullitio humorum, & orgaſmus, & hinc modò in dextro, modò ſiniſtro latere dolor oboritur, qui pleuritin refert, ſed non eſt. Et Medici ſtatim ſecant venam ſatis imprudenter, & cùm febris perſeuerat, æſtus, ſitis ingens, & difficultas ſpirandi perſeuerat: tamen ſecuri eſſe ſolent, & benè actum cum ægro putant, quod tam leui remedio ceſſerit malum. Sed fouetur in pulmone multò deterius malum, nempe phlogoſis à feruente ichore, & ſanie in corpore ipſius pulmonis. Ac primùm aliquis dubitarit, an inflammatio pulmonis dolores in lateribus excitet. Primum id experientia vidimus. Immò plerique vix diſtinguunt inflammationem pulmonis cum febre coniunctam à febre cauſode, quod vera inflammatio pulmonis rarò adueniat: ſed illi ferè peripneumonici intereant, quorum pulmones infirmi natura multam ſaniem collegerunt, vnde corruptio ipſius pulmonis ſecuta eſt. Vidimus apertum cadaver Ioannæ Nauarrhorum Reginae, & Caroli Noni Gallorum Regis, & Ioannis le Myre (de quo in primo Conſiliorum tomò dictum eſt) & mercatoris ad inſigne trium corollarum (de quo antè) qui omnes interièrè à latente peripneumonia, præcedente dolore lateris aliquo, ſed non magno: & ijs omnibus corpus pulmonis putre erat, & ſanioſum, & fœtentiffimum.
10. Carolus Rex peripneumonicus erat, ſed inflammatio verè eum non ſuſtulit, quanquam dolores lateris eum ſæpè fatigarent. Sed alij verè peripneumonici intra ſex aut ſeptem dies perièrè; cùm in latere dolor ortus eſſet, qui detrepente euauit. Et quæ inde peripneumonix, & febres, focum in pulmone habentes,

nascuntur; decipiunt Medicos. Hippocrates cum peripneumonia describit, ait; Peripneumonia fit cum pulmo san-
guinem, aut pituitam falam in se attraxerit. Ab initio, & per totum morbum tuffis arida & acuta, rigor, febris, dolor in pectore, & in dorso incumbit, aliquando etiam in latere, erecta ceruice spirat. Maximè verò obseruauimus in ijs dolores laterum excitari, quibus aut thorax hydrope laborat, aut pulmo duriusculus sanie multa scatet. Quod in superioribus visum est. An talibus phlebotomia confert?

Ad insigne floris lilij albi hemicrania intolerabili quidam cruciabatur. Dolor talis erat, qualem descripsimus, & vagari diximus antè. Pilularum potentium vsus profuit. Natura particularem in tempore sinistro sudorem prouocauit. Conferebat. Arte, & ministerio prouocatus est sudor amplius, melius ei fuit. An non cum crudeliter caput dolor affligit, praeuentibus vniuersalibus hidrotica dare bonum, vt serum praecipuus doloris author, educatur? Reuera id confert.

Virgo iam menses multos medicamentis agitata, & serua D. Damours non conualescebat. Dolores capitis perseverabant, & totius corporis: Tandem pilulis sine quibus, & communibus vsae sunt ante passus. Profuit valdè: Deinde sarsaparillae decoctum satis dilutum imperatum est. Eliciti sudores per quatuor dies. Mirum in modum profuit. An non simile vsurpare licet? Immo, vbi feri suspicio est, contemperare oportet, & sudorifica praescribere?

Quartanarijs, praesertim quibus sicciora sunt viscera, multi eliciuntur sudores, & vix alleuantur. Quibus non manant sudores, dolores oboriuntur in tibijs, brachijs, lateribus & sterno. Immo ad clauiculas tantus dolor oboritur, qui pleuritidem ementiatur. Incredibile dictu, quantis doloribus affligantur. His leuissima medica-
menta, & praesidia profunt: officiant vehementiora, licet humor sit melancholicus. Litus ex chalaesticis, refrigerantibus, obtundentibus, sacculis furfure plenis, & lacti immerfis, panis e clibano recens eductus, & lacte tepidius-

culo inebriatus confert. Mabirius satelles, & vxor Gabriëlis Ruadæi id testati sunt. Nunquid, si vires ferant, ege- lidæ balneum confert, vsus fyrupi de pomis redolenti- bus, & lactis asinini potus?

Præsidis Doufsæi seruo dolor colicus, vomitiones, astri- ctio alui. Calida linæa immisericorditer applicata. Post dies aliquot, cum non esset leuatus remedijs, horruit, & conuulsus est. De funere cogitabatur. Vnde hoc? An quia ad genus neruosum suppressæ materiæ virus tradu- ctum est? An quia natura quandam crisin moliri voluit; sed cum omnia cruda forent, id inaniter molita est, & ita in inani isto conatu tam graua symptomata surrexerunt? Idem contigerat vxori Equitis Tancre, de qua in primo tomo di- ctum est. Seruus iste ducta aluo, & misso sanguine conualuit.

Mulier quædam grauida pleuritide infestatur. Mit- titur sanguis ei abundè. Vi morbi peperit. Pleuritica fit. Iterum atque iterum demitur sanguis. Dysenteria crude- lissima succedit. Eam tamen impunè fert. Omnia con- clamata sunt. Non ita post exanthematis nigris totum cor- pus maculatur. Iterum secatur vena. Miraculo conualuit. De morte certa spes erat. Nunquid fortuna sæpè indu- strium, & minimè timidum Medicum iuuat? Sic mulieres quatuor animas habere dicuntur. Et politico loquendi modo Hippocrates de quadam muliere loquens ait, mor- tua est quinquies, vt è vita discessisse putaretur.

“ D. Fernelius cap. II. lib. de vrinis docet quomodo pauca aliquando fit vrina, morbo in vrinarum ductibus exi- stente. Et malè Medici agitant ægros, morbum pro mor- bo supponentes.

Claudio Guiot septuagenario febricitanti vrina sup- primitur. Ad calculum causam reuocant falsò. Mortuo fibræ vesicæ vim passæ videbantur. Vreterum & vasorum spermaticorum magna erat amplitudo. Quomodo suppres- sio vrinæ contigerat? Iam senex immoderatiùs coibat. Et fortè ob inanem conatum vasa vim passæ effœminaban- tur. Sic non satis legitimè serum proleçtabant, & minimo obice vrina suppressibatur. An coitus immoderatus sup- primit vrinam? Ambrosius Paræus id annotauit. Cre-

s. Epid.

13.

Coitus vrina
suppress. cau-
sa.

do authorem, & rationem subsidiariam habere.

Multis ementitus Diabete. Causam ad renum affectio-
nem referebant. Mortuis contracta planè vesica reperta
est, cum gangræna, & tumore *σπαιλώδει*, in capacitate
ipsius vesicæ. Quod notandum est, ne quis decipiatur.

Mercatori lue infecto litus & frictiones adhibentur.
Imprudenter & temerè id præstabant barbitonsores, vt in
vsu hydrargyri sunt valdè liberales. Post quintam fri-
ctionem repente sialismus suppressus, raptus ad cerebrum.
Deliria. Conuulsionès. Mors.

Rachel Præsidis Grosset serua cùm fortè Dominæ suæ
scrinia & secretiora loca incendiisset, iacturamque magnam
attulisset, de isto casu mœrens ac contristata, cùm incussus
ei de carcere esset metus, contractis visceribus doluit la-
tus dextrum. Pleuritis non erat. Secta vena. Paulò post *Maeroris, &*
cùm inhorruisset, & paulum contracta conuulsaque videre-
tur, mente mota est. Capitis dolor intolerabilis erat. *tristitia ef-*
fectus.
Datum pharmacum. Iterum atque iterum repetijt ista
mentis perturbatio. Non tam erat *ἰσχυροσύνη*, quam
ἰσχυρή, vt Galenus in Protrh. annotauit. Deinde sinistrum
doluit hypochondrium. Detractus est sanguis ex vtroque
brachio, planè putris erat. In humorum magna perturba-
tione nullum præsentius remedium phlebotomia.

Cùm serua D. de Roiffi, nomine Senlis, ferina in
collum, & humeros, & spinæ mediam partem destillatione
laboraret, nil accommodatius reperimus, quam vti butyro
recenti, & sacculis contemperantibus. Sudor elicitus est.
Melius omninè habuit. In omni dolore à diffusionem feri,
nil prius quàm prouocare sudorem.

Viduae Barnabæ Panthou historia explicata est antè:
& mentionem fecimus de diabete: meminimus tumo-
rum, & dolorum ventris, inguinum. Incredibile est, quan-
ta symptomata afferat reni malè affectus. Ad eam historiam
valet id quod diligenter annotauit Arculanus, in caput de
fluxu vrinæ: inter signa, præsertim si ingens adest sitis, &
aqua, quæ bibitur citò egrediatur, viscera vri videntur,
lumbi intumescunt, testes & coxæ, & si mordens caliditas
in visceribus augeatur, venter superior corrugatur, & venæ

in ipso eleuantur, vniuersus habitus gracilefcit, & tabes accidit grauis. Reuera, latens erat Diabetes, & quia mulieres non facilè sua detegunt, consumpta est vi febris lentæ, & exhaustus omnis humor. Non diffimili modo interijt Nicolæa Honoré. Sed cùm hic morbus aliquid habeat admirabilius, in maius opus Confiliorum nostrorum reduximus.

Mulieres & homines vinosos, & colore epoptos vidimus quadam specie Diabetes affectos. Attulerunt ad nos vrinas, stillatitię rosarum aquæ simillimas. Ad stomachi indigestionem reuocant quidam. Nos contrà ad caliditatem summam, & siccitatem quandam extremam hepatis, & renum. Vxor mercatoris D. P. satis docuit, & ea est vinosissima.

In celebri hospicio vulgò de Nefle, nobilis quidam vomebat sanguinem affatim. Is erat florentissimus. Per aluum excernebat infinitam copiam materiei sanguinolentæ, picæ liquatæ simillimæ. Post quædam remedia omnia cessasse visa sunt. Tertio post die, cùm eadem rediissent, non ita longè post interijt. Sic verissimus Aphorismus Hippocratis quarti lib. Longa quartana detentus fuerat, in equitationibus magnam vitæ partem consumpserat. Credibile venam magnam ruptam esse. Sed maximè circum lienem mali sedes erat.

Quartana febris, & ulcuscula maligna hydragyrosc sanata. Doctor Medicus certò affirmauit, vidisse se quendam quartanarium, cui in decursu febris vlcuscula toto corpore paruerunt maligna. Consilio quorundam frictions ex hydrargyro vsurpantur. Sanantur vlcera, immò & febris ipsa quartana.

Nobilis vir annos 23. natus, temperamento satis bilioso, cladem Gallicam patiebatur. Aderat & febris quartana, quam à virore venereo nasci putauimus ad mensem Februarium. Dolor erat ad nothas costas, qui non nisi post illitionem euauit. Adeò varia ea sunt, quæ afferre solet lues ista. Præcesserat vlcus malignum in pene, qua parte decurrit & situs est neruus ille insignis, tamquam tubus perforatus. Erat dysepuloticum. Quod à ferino esse demonstrabat. Iam partes carnosas prehenderat lues, & ad

neruofas ſpermaticeſque peruadebat. Dubitabamus, an cum iſta febris adefſet, illum, ratione luiſ, ad ſolennia remedia adigere deberemus. Tandem vicit ea opinio, vt crederemus ſatius eſſe augeri febrem, quàm ſinere iſtud virus longiùs ac profundiùs ſerpere. Hoc monitum velim, vt cautio magna adhibeatur, ne contrariæ indicationes aliquando nos tranſuerſos agant. Totam rei hiftoriam in ſecundo tomo Conſiliorum meorum pertractaui Conſilio ſecundo.

De ſanguine ſæpiùs diximus. Nunc vnum obiter admonendum, quoniam in iudicio ea de referendo plerique hallucinantur. Supponit Galenus aliàs ſanguinem eſſe pituitoſiorem, aliàs rubicundum, & propterea naturalem; aliàs melancholicum. Supponatur item aut pleuritis, aut alia diſpoſitio inflammatoria in parte aliqua. Qui in parte ipſa ſanguis eſt, & proximè adefſt, vi inflammationis mutatur. Qui in remotioribus partibus, immutatus eſt. Nunc res reuocetur ad examen. Si talis aut talis fuerit ſanguis, qualis circum partem inflammata mutatio eueniet? Si, inquit, pituitoſior fuerit ſanguis naturâ, ille qui è parte inflammata proximè educetur, rubicundior erit. Quod eſt notandum. Qui rubentior eſt & floridulus, vi inflammationis in nigrum mutabitur. Et ſic de cæteris. Sic nec propterea quia rubens apparet, continuò putare oportet nondum euacuari illum ſanguinem, qui ferè in parte continebatur: Quia enim pituitoſior erat, prima mutatione ob caloris acceſſum; erubuit magis, facta veluti coctione ob calorem extraneum. Item, homo ſi ſanguineus eſt, & qui ſanguinem habet facilè mutationem admittentem, quod à rubedine inſigni facilis in nigriorem fit mutatio: an propterea quia prauum colorem habet, qui per venam fluit ſanguis, audacius eſt iterum atque iterum mittendus ſanguis? Sic plerique harum rerum ignorantes falluntur. Ideò ſi ſanguineus eſt homo, & laudabili floriduloque ſanguine abundat, præſente inflammatione expectanda eſt iſta in nigriorem mutatio. Si pituitoſus, carnifex erit, qui talem mutationem expectabit. Immò videmus ſanguineos facilè in febrem incidere, & maximè ſynochon: & qui de-

*Ad particul.
10. lib. 2. de
diata acur.*

16.

mitur sanguis, is ferè corruptus est, quanquam in facie, & toto corpore nitor appareat, quoniam minima occasione suscipit mutationem sanguis, & præsertim liuescit. At qui pituitosi sunt, & ægrè in febrem incidunt, in ijs sanguis non ita facilè corrumpitur: nisi communicetur aliundè putredo. Sed cum intemperies est calida, tantum abest vt fiat virulentus, aut niger, aut liuidus, vt ratione caloris, & febris rubentior euadat, vt & autoritate Galeni dictum est, & ratione probatum. Vnde multis pulmonicis, & catarrhosis pituitosis demptus est sanguis laudabilis; quam ferè fit, vt pulmonicis non detrahatur laudabilis sanguis: quod alibi dictum est. Vnum tamen monendum est, si sanguis è brachio dematur, & is exalbescat in superficie, an ideò corruptus videtur? Quod tamen placere video multis, qui vt iustæ phlebotomiæ occasionem prætexant, dicunt sanguinem albescere, non autem floridum & rubentem esse, & propterea suam temeritatem in secunda vena ignorantia columine fulciunt. Nam si homo sit pituitosus, aut si mulier, eaque desidem vitam degat, fit vt sanguis in vasis restagnans exalbescat, idque duabus de causis. Prior est, quia est pituitosus, ideò si cum iam elaborato sanguine comparetur, albidior est: Posterior, quia ignauus est, & reses in venis. At Galenus docet morâ sanguinem etiam in venis ipsis albescere in quacunque corporis parte. Itaque hæc ad vnguem tenenda sunt, vt simus in secunda vena, trahendoque sanguine restrictiores.

Mirum illud. Videas quosdam, qui indulgent genio, & sine ordine, & tempore modò cibos capiunt, modò bibunt, cum ad actiones omnes sint alacres & expediti, & validi videntur: tamen purgati exoluuntur, & vix ferunt phlebotomias. Quod in quodam Chirurgo obseruatum, & innumeris ancillis, quæ securè dormiunt, & indulgent genio. At dices, id fit, quia corpora sana non ferunt purgationes. Hæc autem corpora sana esse dicuntur: & non nisi ægrè in febres incidunt. Contrà videas plerosque valdè cacochymos, qui facilè purgantur, & phlebotomiam sustinent. Tamen Hippocrates ait, eos qui prauo vtuntur

Pulmonicis sanguis corruptus ferè detrahatur.

Sanguis albidus à putredine, à pituita, & à mora in venis.

Plura vide in lib. meo de mul. morbis, cap. de fœdis coloribus.

Corpora sana non ferunt purgationem, & phlebotomiã.
2. Aphorism.

1100,

cibo, ægrè ferre purgationes. Galenus in com. nomine prauu alimentu, & illud quod vitiosum est, & extrinsecus assumptum intelligit. Item & alimentum internum, id est, sanguinem prauum audit. Dicam quod sentio. Qui praua diæta vtuntur, tum in ordine, tempore, tum in rerum assumptarum qualitate; ij quia congerunt multa cruda, ratione istius cruditatis, non facîle ferunt purgationes. Sæpè qui diæta susque deque habita vtuntur, ij natura sunt firmi & sani, & bonitate naturæ fisci multa faciunt, quorum sera tantum pœnitentia est. Et tales homines non ferunt facîle purgationes, tum quia cruditatem habent, tum quia sanas habent partes. Deiectiones in his sæpè sunt tantum cuiusdam chylosæ substantiæ crudæ. Sed sunt alij magis valetudinarij, qui cum partes internas malè constitutas habeant, immò & calore acri, & malo abundant, non capiunt plenum fructum ex alimento. Quin & magna pars alimenti corrumpitur, præsertim si mesenterij venæ sint exiles. Tales non ægrè ferunt purgationes, præsertim cum collectio est colluici in ventre. Immò à purgatione benè habent. Sed si sanguinis massa infecta sit, non tam alacriter eas purgationes ferunt. Docuimus enim antè, quibusdam prauum etiam colorem habentibus sæpè adim sanguinem floridulum, & laudabilem. Et tales quater purgari possunt sine vlllo deliquio: non facîle ferunt phlebotomiam, quia natura saltem massam sanguinis sartam intactam retinet. Scire autem oportet, multos homines existere, quibus niedia tantum pars alimenti proficit, & multum excrementi mali congerunt, & deiectiones valdè foerent. Alij tantum sunt stercorosi. Illos priores sæpè purgare conuenit, alios cruditate plenos in diem ferre.

Audio cuidam datas esse emulsiones, quæ quatuor semina frigida maiora exciperent. Paulò frequentius ijs usus fuerat. Ad coitum impotens factus est.

Ioannes Ponguet tertiana febre detentus, symptomata formidinis plena sustinuit. Nam ineunte paroxysmo ita agitabatur, vt animam agere videretur. Inquietudo erat, partium extimarum refrigeratio maxima, vomendi desiderium, sed inane; oppressio summa, pulsus languidissimus.

Cascochymij valetudinarij quidam facile ferunt purgationes.

quidam sunt qui non facîle ferunt purgationes.

Frequens usus emuls. coeundi impotentiam inducit. Vide lib. r. nostrorum Epidemiorum.

Non poterat incalescere. Habebat temperamentum biliosum, sed atrabilarium factum per adustionem. Ante febre quartana crudelissima laborauerat : Et à vetere fermento ea etiam symptomata manauisse credidimus. Si vomisset, nec humor tam rebellis fuisset, non ea effloruissent tam vehementia symptomata. Coacti fuimus ante augmentum febris sabluere aluum clystere, & iuscula exhibere, ad eluendum & mitigandum humorem. Principium febris erat ferè quatuor horarum Galenus cap. 4. lib. 10. meth. annotauit ex usu esse, vt etiam cibentur, aut saltem recreentur cibo, aëri nonnulli etiam dum horrent. Et se usu panis in vino macerati, ineunte horrore dati, febrem prohibuisse. Quibus verò corporibus, & quando, eo loco docet.

Anno 1576.

Puella ad aedes M. Martini Chirurgi è summis gradibus deorsum lapsa, grauissimè capite læsa est. Vulnus erat, & ossis fissura, ferè ab occipite tota percurrens ad sinciput vsque. Modiolo apertum cranium. Deinde oportuit maiorem partem fissuræ persequi sensim discindendo. Deinde cerebrum extumuit, vt fungus esse videretur. Et reuera erat. Sed pulueribus cephalicis & catherticis absumptum est id quicquid erat. Nulla secuta sunt symptomata, quæ metum vllum afferrent. Dei beneficio conuuluit, & prudentis Chirurgi solertia.

Hippoc. locus est praclarus, ut in de strabendo de capite sanguine simus cautiore, lib. 7. Epid. Item lib. 1. Epid. masorum.

Capitis dolores ex acuitate sensus, quemadmodum quidam facilè syncopisunt & resoluuntur ob acutiem sensus, Arculanus attigit, de doloribus capitis disputans. Et oportet maximè prouidos esse, ne quid hinc peccetur. Reuera cum magna est suspicio sensus acuitatis, vt leui de causa oriatur dolor, qui ob eam acutiem ingens fit, ad narcotica veniendum erit. Et meo quidem iudicio tuto applicari possunt.

Cum quis laborat dolore lateris, nullus non magnus Medicus est. Immo barbitonsor hac in re egregius magister est. Secatur vena, demitur liberaliter sanguis. Si quid vitij in superficie habeat, legitimè iterum secandi capitur occasio. Bifariam peccatur. Cum sanguis floridus sua natura facilè immutetur, non tam leuiter capere oportet occasionem ita phlebotomandi, ex immutatione ista san-

guinis. Deinde cum thorax facilè putredinem concepiat ob humiditatem & calorem loci, fofus & cataplafmata frequenter adhibita obfunt. Nam effœminant latus, putredinem accerfunt. Et credo noftra cataplafmata ex radicibus liliorum, & fimilibus quæ adhiberi folent, putredinem facilè inuehere. Et fic mutatur femper fanguis, & rufus fanguis demitur. Quam tumultuaria hæc medendi ratio.

Fofus & cataplaf. frequenter adhibita obfunt ob calorem & humiditatem in morbo thoracico.

Cur quidam mungunt, nescio quid æruginofum, fubuiride, & multum alieni coloris? Et ij aut biliolo & ficco funt temperamento, aut faltem caput ita affectum habent. An non calor alienus, & veluti febrilis id facit, iuuante humoris bilioli conditione? In his defluxiones à capite in pulmones funt funefte.

Iam agitauimus illud lib. i. Epid. noftrorum, qui fiat vt plerique valdè *χρόνος* laudabilem tamen habeant fanguinem, & non nifi in magnis morbis, & præfente putredine in genere venolo, alteratur fanguis. Ioannes Perierius id teftatur. Non facilè fert phlebotomiam; abundat prauis humoribus, fæpè illi eueniunt excretiones in modum cholere morbi; & tamen fanguis eft laudabilis. Credo id euenire ob venarum paruitatem. Et reuera hepar fatis bene fuum facit officium quoad hæmatofin. Et quoniam venæ non funt magnæ, non facilè remifcetur cum fanguine ferum, quod ab humoribus in mefenterio contentis refunditur, & quod venæ ficcæ attrahunt. Teftatur id experientia. Nam partium venulæ funt refertæ bono fanguine, tum quia valdè elaboratus, tum quia ob anguftiam non facilè admittunt alienam materiam, quæ fanguinem immutat: vnde fexcentis vena fecta eft, quibus febricula erat, & color plumbeus, & fœdus, vt talis in venis fubefte fanguis crederetur; & tamen laudabilis detractus eft. Quia etfi vitium eft in alijs partibus, immò in cute, & praui quidam funt humores in corpore, natura faltem retinet farram teftam maffam fanguinis. Quia fi hæc vitiata effer, actum effer. At quibus venæ amplæ, facilè admifceri alienam materiam fiunt. Et prioribus, id eft, anguftas venas ha-

17.

X ij

bentibus, cum faciei fœdo colore, phlebotomia non competit: Posterioribus competit.

Hinc consecutione quadam inferemus, in quorundam febribus curandis, melius esse sexies pharmacum dare, quàm semel phlebotomare. Quia febrium materia in talibus est in mesenterio conclusa, & non per genus venosum sparsa. Sed quibus corpus calidum humidum, & putredini obnoxium, præsertim parum perspirans, & cum venæ sunt amplæ, tutò sectio venæ tentatur. Et reuera, magnæ est prudentiæ obseruare in ægris, quibus phlebotomia potius confert, & quibus purgatio potius, vt non peccetur in medendo.

18. Reuera sunt, quibus longo tempore parum fit sanguinis, vt sunt illi de quibus diximus paulò antè, & præsertim virgines decolores. Alijs paucò tempore multum fit sanguinis. Et hos audacius phlebotomabis. Considerare hoc oportet. Quoniam cum non fiat sanguis, nisi post multas, easque difficiles mutationes, carnificis est, non autem Medici ita liberaliter, & parua de causa venam aperire, cum sanguis naturæ thesaurus sit & amicus.

ANNOTATIONES.

1. **D**E viris, & famulabus, cur agrotarent potius, sect. 7. lib. 6. Epid. & sect. 3. lib. 2. Epid.

2. Galenus negat comm. ad Aphor. 16. lib. 3. in squaloribus articularum dolores excitari. Nisi fortè ab acrisculis humoribus id fiat. Sed per modum fluxus negat fieri.

3. Similem constitutionem vidimus explicatam ab Hippocrate lib. 1. Epid. sectio. 2. vbi docet quomodo cum præcessit squalida constitutio; hyems hemiplegias, & consimiles affectiones induxerit.

4. Dolores in oculorum canthis acerrimi & indomiti. Angina sicca, & veluti assatio adustioque faucium, vt salina humectando non sufficeret. Quod in serua Domini Scarong visum est, & alijs innumeris.

5. Ante lib. 8. Epid. notauimus suspectam esse debere omnem disparitionem doloris lateris, præsertim cum manet fe-

bris, & dyspnœa est. Nam declarat hoc dolores lateris accidentarios fuisse, ob resudationem feri.

6. Auocauit nos ista gonorrhœa. Nec abs re: quauquam qui grauius urgebat morbus aliud suadere debuisset. Qui sectioni cadaueris interfuit Chirurgus, retulit reperta esse vlcera in orificio vesicae, & partibus vicinis. Et tamen de his non quebatur.

7. Erat iactatio perpetua, & ipsius agri desperatio, & perturbatio. Et nos cum suspicaremur incendium in pulmone esse, & talem *πῆλαγον* videremus; dicebamus febrem esse malignam. Et eodem modo 3. Epid. Gal. ait non ineptè febres à cerebro, pulmone, & membranis cerebri malignas esse; quod maligno quodam modo agant, & malignorum morborum habeant symptomata.

8. Ruso erat capillo. Morem morborum homines rufos adorientium explicauimus. Diu mansit velut conuiuentibus oculis. Deinde ac si catalepsi laboraret apertis erat. Nos tam facile & tam breui interituram non credebamus. Tamen intra paucos dies immobilis, extensa, & exanimis fidem peractæ mortis impleuit.

9. Vnde quibus tumet abdomen, suppressa aluo, & febris adest, facilis sit falsarum pleuridon generatio. Et phlebotomia competit: & qui detrahatur sanguis, is corruptus valde. Testes multi agri, & is Consus; cui ter secta vena, tumente aluo, & dolente utroque hypochondrio valde. Omnis autem dolor lateris fugax malignus est, & eryspelatodes est, & ferè necat. Propterea ego iubeo in eo Medicos non esse securos. Quod notandum est. Vnde dicunt quendam Aphor. esse Hippocr. Raros laterum dolores malos esse. Et de eo vide particul. 22. lib. 2. Prorrh.

10. Quidam Medicus magni nominis ait, non esse mirum, si pulmo ita corruptus aperto cadauere reperiat. Nec propterea talem sapè esse ante mortem, qualem anatome ostendit. Probabile id quidem. Sed ut concedam, post obitum alterari, praesertim si corpus diu insectum seruetur, sed tamen id non tantoperè pulmonem afficit. Quibus pulmo totus vitiosus est, ut Regi Carolo contigit, quæ sanies in pulmone est, quæ falsas pleuritides infert, ut paulò antè dictum est, nec sanguinem expecto-

rant. An his multus potus bonus? Nequaquam.

11. Vide initium huius lib. ubi exprimitur & idea, & causa horum dolorum. Innumeros ita affectos penè sine febre vidimus: uxorem Praesidis Grosseterij, uxorem D. De brezé: Brodarium ad templi scalam, & alios innumeros, ut filiam maximam natu Domina Tassin. Fernelius cap. 1. lib. 5. de Symptom. & partium morbis aliquid ea de re attigit.

12. Huic, & ijs omnibus, quibus cum febricula aliqua dolores capitis aderant, balneum conferre poterat aqua dulcis. Vide initio huius lib. & lib. 2. Consiliorum.

13. Duo insignes homines Quastor le Veau, & D. Morletus Consul Regius, à suppressione urinae interierunt. Chirurgus qui cadauer secuit, affirmat nil commemoratu dignum repertum esse, (nisi quod caruncula in D. le Veau adesset) quod urinam suppressisset: Et tamen Medici diureticis vehementissimis egros valde exercuerunt. Immo D. Morleto data potui cantharides: hinc grauisima, & valde terrificata symptomata secuta sunt: ideo non nisi cum magna cautione id faciendum. Ista suppressio, meo iudicio, à quadam necrosi renum est, aut quia refunditur aliò serum, aut quia facultatis naturalis casus est quidam & imbecillitas. Et pace doctiorum dicam, in talibus suppressionibus vena sectioni locus non est, nisi preparatè. At, dicunt, febris est. Unde suspicantur inflammatoriam dispositionem causam istius suppressionis. Errant. Nam suppressio seri, & refusio in genus venosum facile febre aduocat. Et aliquantula eductio sanguinis tolerari potest. Hippocr. in 3. Aphor. dysuriam, & stranguriam valde senibus proprios morbos asserit: quod ad imbecillitatem referre oportet, & ad facilem obstructionem in illis, quia vasa facile collabuntur, & conuiuent. Et se videmus quosdam etiam iuuenes, cum agrotare incipiunt, statim imbecilles esse valde, & vixisse: multo magis id senibus eueniet, quibus fortes non sunt febres, quia paucus calor; & frigiditas, & siccitas est magna. Unde inepta sunt instrumenta. Immo fieri potest, ut in principijs morborum sine calculo, aut renum proprio vitio sit urina suppressio, ab oppresione natura. Et quia cum multa sit cruditas, dum se se expedire vult, omnia confundit, & perturbat. Urina suppressio contigit seruo Ioannis Patrouillart, prout purgatus est, ita facile minxit.

14. Bilius, & siccus erat. Cuius rei credibile est consorem rationem non habuisse.

15. Quid impedit, quominus, ob mali diurnitatem, ven diathesin concipiat, cuius occasione tabes corpori eueniat?

16. Vetulus, & plerisque alijs latus dolentibus qui sanguis detrahitur, in superficie refert albam pulvem. An non hoc à cruditate est? Si cruditas, cur audacter hinc detrahendi sanguinis occasio sumitur? Item, D. Vicaria Sancti Geru. quicumque sanguis detractus est anno 1575. is corruptus apparebat, & in superficie veluti pulvem referebat: anno 1576. cum adhuc de vetere morbo quereretur, detractus est florentissimus. An non quia sanguis, qui olim erat pituitosus, coctus, & mitificatus; sanguinis laudabilis naturam recepit?

17. In talibus $\alpha\alpha\alpha\alpha\alpha\alpha$, sanguis laudabilis ipsa sectione apparet, at qualitatibus alienis praeditus est, est enim acriusculus, & biliosus nimis. Hic contra putredinem se tuetur. At quibus dulciusculus sanguis, is facile alteratur, & corrumpitur: & qui abundant eo sanguine, facile in febres putridas cadunt. Unde Hippocrates in Epid. lib. 6. candidos valde fortassis febriculosos dicit. Quia in ijs sanguis facilius corrumpitur, nisi pituitosi sint valde. Alijs nigrioribus & biliosis, praesertim si non sint $\alpha\alpha\alpha\alpha\alpha\alpha$, non ita corrumpitur sanguis, nec in febres facile putredinales incidunt. In tabificas, & nescio quas febres facile. Et ut tandem aliquid desiniatur, obseruatur experientia, sanguinem biliosum raro corruptum apparere. Nam cum in biliosis corporibus abundet bilis, ea facit quominus putrescat sanguis. Quamquam non desinat esse vitiosus, & morbosus sanguis alijs intrinsecis qualitatibus: sed primis qualitatibus non ita agrotat iste sanguis.

18. Quibus hepar est calidius, ijs vena sunt ampliores. Verum id est si simul humidius, & si eius ostia sit laxior: si calidius & siccius, non ita ferunt euacuationem sanguinis: Quibus enim vena sunt angustae, ijs maximam partem detrahitur etiam in morbis laudabilis sanguis. Nec nisi magna de causa aut corrumpitur, aut rei alienae admisionem recipit. Et quoniam vena ferè sunt capillares, purior & biliosior est sanguis. Ita enim perspersus per capillares totius corporis venas, sanguis etiam in valde cacochymis laudabilis est, saltem quoad

sensum. Nam potest aliqua esse qualitas inexplicabilis. Alij id referunt ad sanguinem biliosum, acrem & salsum. Talis enim sanguis non facile induit putredinem illam manifestam, sed alia ratione sæpe natura est infestus.

CONSTITVTIO VERNA, ET ÆSTIVA

Anni Domini 1576.



NON fuit hæc tempesta morborum ferax. Aquilo mensis Martij, & Aprilis partem aliquam perflavit. Quod nos videre potuimus, duz maximè partes morborum, qui sparsim vagati sunt, authores fuerunt; caput, & venter inferior. Hic innumeros dolores hypochondriorum intulit, per quandam expressionem infernè sursum, mali seri & ichoris à cacochymia manantis. Hi dolores falsas nothasque pleuritides retulerunt. Nec tam de secanda vena cogitauimus, quàm de purgando. Quanquam & phlebotomiæ locus fuit. Dolores erant sæui, & inter ceteros adoriebantur mulieres, præsertim valde oxythymæ, & quibus anxietas ægritudine aliqua fuit. Febres ij dolores accersebant satis malas.

1. Caput autem innumeras fluxiones toto mense Aprili, Maio, & Iunio expressit in maxillas, dentes, guttur, humeros, brachia. Vidimus multos, quibus hemiplexia minabatur, aut paralyfis. Multis resolutiones quædam musculorum maffeteron euenerunt. Serum malum & cacœthes à capite manabat. Et oportuit necessariò ad venę sectionem descendere ob dolorum acerbitatem. Parulides multis, & quædam putredines maxillarum contigere. Denique caput multorum

multorum malorum origo fuit. Dubitabatur tamen an istæ affectiones brachiorum, & articularum essent omninò à capite, an etiam per metastasin quandam euenirent, natura se se exonerante, & à genere venoso in neruosum humorem excutiente. In quibusdam reuera à capite malum erat. In alijs concurrebat etiam cacochymia corporis. Nam vidimus, qui omninò immoti manerent, cum tamen caput non doluissent, nec in partibus superioribus quicquam alienum sensissent. Sic videbatur quædam diffusio humoris à genere venoso in neruosum, & veluti expressio.

Ad ætatem morbilli pueros infestant, profluua alui comitantur: ingens humorum erat corruptela. An morbilli *ἄπὸ τῆς γαλῆς* sunt? Reuera abscessus sunt maxima ex parte, & sequuntur constitutionem corporis. Quamquam temporis conditio vires nescio quas addit. Sed reuera à corpore est id quicquid est. Et si solum esset hoc ab ære, solis excretionibus, & influxibus malignis id eueniret, & eas solis medicamentis alexiterijs oppugnaremus. At ingentia profluua alui quæ sequuntur, & quæ nisi sequerentur, multò deterius cum ægris ageretur, declarant cacochymiam corporis ad id maximè conferre. Et oportere etiam solennia & vulgaria aliorum morborum remedia præscribere. Et huius cacochymiae, quæ reuera habet aliquid præter communem communis cacochymiae sortem, virus est id quod in cutim efflorescit.

Morbilli omnes corporis & temporis constitutionem sequuntur.

Quæstio esse possit, an non phlebotomia confert in istis defluxionibus à capite, licet humor dolorem excitet? Frigidus enim videtur, & potius apophlegmatismis, aut errhinis esset repurgandus, quoniam illac viam querit, dum cerebrum quodammodo diffunditur ac liquatur, quod Hippocrates *διάχρον* vocat. Tamen quoniam videmus in locis calidioribus, potè carnosus facile phlegmonas excitare, si quid tale cogit, fortè à phlebotomia non est temperandum.

Historia morbi Dominæ Catharinæ Grasteau satis docet quid sit illud Hippocratis, Bubones sunt signa viscerum, *τὰ βλαστήματα ἐχόντων*. Nam cum natura, aut in emunctoria hepatis, aut alius partis se se exonerat, signum est

Bubones sunt signa viscerum malè assa-

Y

Horum, & quod ea vel qualitate, vel quantitate humoris irritatur. Quanta colluies humorum ex hoc corpusculo expulsa est? Ideo quoties apparet de eiusmodi tumoribus in inguine, dum per *ἰσχυρῶς* id facit natura, audacissimè purgare oportet, & frequentissimè.

Historia morbi D. Dormoys, cui factus in serotum abscessus, cum prolapsione intestini (quæ ei frequens erat, post dolores colicos à materia valdè biliosa) satis nos monere debet, vt intrepide moliamur suppuratum etiam in partibus istis, quas tam facilè putrere dicimus. Sed credo quod in ijs multus est calor naturalis, qui impedit quominus iuxta omnium opinionem tam facilè putredo accersatur. Nisi fortè materia sit valdè *ἰσχυρῶς*.

Vidua Beafalda humore falso, & valdè nitroso abundat. Et licèt à vino abstineat, putat se in ore salem habere. Imò totum eius corpus tali humore abundare videtur. Admirabilis est effectus humoris illius nitrosi.

Vidua Ioannis Martini, cùm septimo die valdè debilis esset, & iam adesset *πέσιχος*, spem nostram mortis fefellerit, & præter opinionem conualuit. Per fecueramus venam, licèt esset sexagenaria. Nisi impetum morbi statim fregissemus, credo quod vix euasisset.

Mulier ad insigne Cygni albi dolore ad regionem hepatis tenebatur. Erat qualem paulò antè descripsimus. Respirare non poterat. Sudore totum corpus penè diffuebat. Tamen post tempus aliquod in eo sudore venam secuimus, quòd res vrgeret. Ad diem criticum hæmorrhagia ex nare opposita. Nam dolor ad hypochondrium dextrum erat. Fluxit copiosè. Non repressimus. Mulieres aliquid moliebantur. Conualuit. Nunquid profuit ista hæmorrhagia? Et tamen erat oppositi lateris.

Febres quæ vagabantur, partim ex ijs quædam erant longæ, vt quæ corpora *ἰσχυρῶς* corripiebant; partim breues. Acutæ satis & valdè molestæ. Quod mirum fuit, in multis sudores aderant maxima febris parte. Et dubitabamus, an tutò dari posset aliquid, aut tentari. Nos referebamus istius sudoris causam ad copiam mali seri, quod facilè ob calorem ambientis effluebat, præsentè & iuuante calore

interno, qui attenuabat. Quod si diaphoreticus fuisset, aut per modum expressionis, aut ratione imbecillitatis, non ita audacter aliquid tentauissemus. Hoc patefecit historia morbi Spiritus nomine, serui domini Scaronij Consulis; & eius mulieris, quæ moratur ad insigne Cygni albi.

XIV Nobili viro repente oboritur dolor paulò supra orbitam oculi, cum tumore quodam exiguo. Administrantur remedia anodyna. Aliquantum proficitur. A decima matutina ad quintam serotinam dolor perseverabat ἀποπέτος. Sequentibus diebus idem contingebat. Paulùm admodum aut anticipabat exacerbatio doloris, aut retardabat. Arteriotomia celebrata. Admotum emplastrum de ranis. Concessit aliquantum dolor. Vno antè anno litum ex hydrargyro sustinuerat. Reliquias Danaùm existimabamus. Exitus acta probaturus est. Admirabilis hæc periodus ad meridiem, cum luis venereæ reliquæ moueantur de nocte. Vide antè.

Filia Tassini grandiuscula dolore, sinistram sincipitis partem occupante, diuexata est. Fluxio erat in dentes dolorifica. Qui dolorem humor committebat, calidiusculus erat, & quasi siriâsin quandam committens. Interdiu sat bene habebat. Vesperis exacerbationes. Oculi paulùm feroces, lacrymabundi, rubentes. Agitationes, & iactationes, somni vacuitas. Volenti dormire innumera phantasmata occurrebant. Suspiciabamur aliquid esse à partibus inferioribus. Melancholicum videbatur. Tamen in cerebro malum figebatur. Remedijs etiam lenientibus, & paulùm refrigerantibus non minuebatur dolor. Immò, more morborum ab atra bile natorum, exacerbabatur magis. Quid illud est?

Idem contigit Consuli Regio, & præ dolore nullo constitit loco. Sed malum non adeò rebelle, vt in superiore muliere.

Ioannes le Coq per diffusionem humoris à capite quibusdam primum particularibus conuulsionibus captus est. Magna copia pituitæ ad os fluebat. Epileptico modo conuulsus est. Caput aliquando læsum fuerat, vt audio. Gulæ & Veneri indulserat nimis. Nos in purgationem capitis

incumbendum voluimus. Tamen aliquibus post diebus febriculæ occasione inductus Medicus venam secuit. Non multò post interiit. An non in Epilepsia mittendus sanguis? Nequaquam, nisi aut suppressio sit aliqua solennis, aut sanguinis copia adsit, aut translatio maligna, & summa partium inferiorum obstructio. Sed ratione cerebri vix confert.

In Epilepsia non mittendus sanguis.

Febris menstrua, & octavo quoque die repetit.

Consilio 48.

In vico hortorum vxor fabri lignarij peperit. Nescio quid aliud euenerat, sed ab eo tempore singulis quibusque mensibus febre corripitur, quæ quadraginta horas durat. Deinde succedit sudor copiosus. Conualescit. Quid declarat menstrua hæc febris? Notandum hoc. Virgo quædam, domini Budé ferua, octavo quoque die febre corripitur, vt audio, & hoc illi valdè molestum est. Filius Stephani Tarteron tertio quoque mense febre occupatur. Et periodi certæ sunt, quod nos in primo tomo Consiliorum meorum annotauimus.

Filia Præsidis Turnebulle Rothomagi quandam inguiuis excrescentiam carnis habet, & dens corrosus apparet. Dubitant an sit epulis ordinaria, & an tutò caro ista exedi possit, aut secari. Quidam oculatus & acutus Medicus statuit, non nisi cum meditatione tractandum esse hoc malum, alioqui rem plenam esse periculi. Quod si simplex quædam excrescentia esset, nil tale eueniret, sed quoniam aliquid est gentilitium, ideo cautiùs agendum. Pater eius nasum ad eò ingentem habebat, vt sextuplo maiorem & extuberantiorẽ diceret. Hoc declarabat aut materici summam superfluitatem, aut quod malignum excrementum natura in hanc partem deponeret. Hic cum confuleret de minuendo naso, monitus est ne quid tentaret. Alioqui carcinomatis metum esse. Idem eius filiæ contingere potuit. Sic extuberantia illa supplet nasum istum. Et hoc aliquid est peculiare. Externi Medici parum de eare solliciti tentare aliquid voluerunt. Inde grauissima symptomata oborta sunt, & malum peius factum est.

Gentilitij morbi familiarique agrotantium proprii, & vernaculi Medico cognoscendi.

Hinc sciendum plurimi esse in arte Medica ponderis, scire, qua quis sit familia vt morbi proprii & vernaculi cognoscantur. Alioqui lapsuros esse Medicos, qui aliter fecerint.

Procurator Regius cū febre iactabunda teneretur, ad septimum diem *ἰντελειόδης* interiit derepentē. Urinæ valdè flammæ erant. Nulla argumenta coctionis præcesserant. Deiectiones albicabant. Phlogosis erat interna. Benè habere videbatur. Sanguis detractus viridis & pessimus. Morbus erat pestiferus. Et credo celerioris mortis occasionem fuisse, quod circa septimum diem datum esset medicamentum. Quanquam in aliis multis vidimus ita celerem mortem fuisse, cū omnia legitimè administrata fuissent. Et mirum quod vnà cum ictero ipso apparente intereant. Ego verò credo icterum talem, insignis inflammationis signum esse, vt necessariò mors consequatur, nisi certa sint coctionis signa. Id enim quicquid est, symptomaticum est.

D. Florentia cū ad frontem, præsertim circum ossa ethmoidea, dolore intolerabili teneretur, consulta est phlebotomia. Hac celebrata, per mensem ferè vnum, dolor maior extitit, ac si natura crisin aliquam solutionemque mali facere vellet. Post eum conatum sensim malum desit, & aliquantò post multo melius habuit.

Plerique sunt valde catarrhosi, quibus modò in propinquas partes, modò in remotas humor fluit, & varias morborum ideas facit. Iis multi audacius demunt sanguinem. Audito leuiusculi morbi nomine statim ad secandam venam accedunt. Ad id commodè nequaquam. Nam aliàs cerebrum prouentum habet humoris, quia calidius, & attrahit; aliquando quia frigidius, & congerit. Aliquando quia ipsum per se funditur & liquatur, & id consumi cerebrum vocat Hippocrates 6. Epid. loquens de defluio capillorum, quod consumptionem cerebri consequitur. Ergo si quid oritur, contemplari oportet quomodo id fiat. Nam tam liberaliter sanguinem mittere, facta in aliquam partem fluxione, temerarium est. Caput pituitæ vulgo sedes statuitur. Muci copia id designat. At humore frigido, aut pituitoso, aut mucoso ita defluente, & dolorem morbumve pariente, quid attinet phlebotomare? Id non faciendum, nisi confundatur humor cum sanguine, & eum alteret, & dolores pungitios excitet. Immodò credo in hoc casu ano-

Catarrhosi
non ferunt
vena sectionem.

dyuis præcuntibus prouocationem sudoris valere. Sæpè enim serum id facit. Et post prouocationem sudorum metasyncriticum aliquod confert. Quo modo vulgus sæpè Medicos superat vsu emplastrorum ex pice. Quod non facit Medicus, nisi cum præmeditatione. Sic prudentiam, & eundem rationem Medici, vnus idiotæ festinatio, & imprudentia vincit.

Itali cuiusdam pellex quæstæ est de dolore ad inum ventrem. Pertinebat ad vtranque inguen. Paulò antè fluxerant menses, sed non abundè. Ad inum ventrem obortus est dolor, & is fixus erat. Coniecimus esse dispositionem inflammatoriam in vtero, aut circum partes eius. Multiplex fuit venæ sectio. Et ea alleuabat. Tandem multa colluie educta visa est conualuisse.

In hospitiò Senonensi mirum quod contigit. Æger vino deditus, sicco & squalido hepate, vt videbatur, valdè cacochymus febre assidua vexatur. Circa mammam sinistram emissarium aliquod erat, à vulnere reliquum. Ac quotidie aqua saniosa à loco illo manabat, & bene habebat. Sæpè rigores illi contingebant, & sudores, & grauissimè habebat, & de funere cogitabatur. Sed cum natura non bene molitur, nisi cocta materia, ista erant *xpioria*. Induruerat hypochondriam dextrum, & veluti *ixteçadns* fiebat. Tandem multa abacta colluie conualuit. In febribus iudicatoria aliquando alleuant, sed relapsus faciunt. Quod maximè huic ægro contigit.

Adriano Valæo septuagenario ferè detractus bis sanguis ad sex ferè vascula. Tria prima, vt narrabant, continuè sanguinem foetentem, ad eò vt vix ferre odorem possent. Et tamen conualuit. An non talis sanguis hypostasin faciet foetentem?

In vicò Garnier sur l'eau à suppressione fluoris alui, & cum immoderatiùs vino vteretur æger, dolor & tumor vtriusque hypochondrii euenit. Fluebat aluus liquidis excrementis. Et Medicus non audebat secare venam. Tamen nil prius reperimus ad sedandam tacitam inflammationem, quam quater sanguinem demere.

Cur multi diu integra sanitate fruuntur, quibus nec

secta vena, nec datum medicamentum? Alij, & sæpè secatur vena, & datur medicamentum, & valdè lubricæ sunt sanitatis. Credo quod corpus in malam consuetudinem adducitur, & quod dum sæpè purgatur, desinit ali, id quod Celsus animaduertit. At, dices, nulla fortè necessitas fuit? Immo plerosque vidimus, qui obstinato quodam animo Medicorum remedia auersantes, licet profluuijs dysentericis, tertianis febribus aut quartanis detenti fuerint, sine vlla noxa ab ijs morbis euaserunt. Sic inutilis fuisset pharmacica & phlebotomia. Nam eredo pharmaca naturæ vim inferre, & humorem in mesenterio latitantem mouere, quid dum cietur deterior fit, quàm si quiescat. Et reuera ἡ φύσις τῆς νόσου ἰσχυρῶς.

Natura sæpè morborum medica.

Innumeri sunt, quibus solennis est euacuatio per hæmorrhoidas, nares, aluum & cætera; immo effatu dignas habent sponte procedentes euacuationes; Iisdem aliquando tricesima vena secta est. Innumeri sunt alij, quibus nil horum contigit, & plus quàm alij comedunt, & non melius colorati sunt; quid hoc rei est? An quia peculiaris est humorum generatio prauorum in quibusdam, quæ non est in alijs? An quod optima medicina sit non uti medicina? At dices: Etiam cum illi, qui diu sani vixerint, ægrotant; grauius id fit. Quid tum?

Optima medicina non uti medicina.

In morbis Medico multum est negotij sæpè. Nec enim solum ei cura est habenda mesenterij; sed pulmonum, capitis. Etenim quod aluo contingit, idem & cæteris partibus. Aluus sæpè, quia commune est receptaculum potulentorum & esculentorum, habet euacuationes, & cætera. Idem alijs partibus euenit. Postquam enim diu congesterunt excrementa, tandem minima occasione externa, laxatis veluti fibris, exonerare se volunt. Hinc tussendi diuturnæ molestiæ, defluxiones, diarrhœæ, & in febribus longis, vt author libri de Typis annotauit. Et id valdè annotandum, vt reddatur ratio τῆς συμπτώσεως, ἡ φύσις τῆς νόσου.

In eodem morbo mox dolores pectoris, mox capitis, defluxiones in oculos, mucedines, tormina & vermina, vnde hoc? Quia omnes partes se exonerare & defæcare co-

Prout hu-
mores quan-
titate aut
qualitate
peccant va-
ria inducunt
symptomata.

693] anitaz
murodium
m. h. h. h.

Biliosi &
melancholici
sunt inge-
niosi.

per m. h. h.
m. h. h. h.
m. h. h. h. h.

Seri prouen-
tus & par-
tium imbe-
cillitas au-
tumnalium
morborum
causa.

nantur. Humores habent quandam fermentationem, & ha-
bent ebullitionem quandam. Alias irritat quantitas, alias
qualitas. Hinc varietas symptomatum & morborum. Atque
eorum effusio, & pars spirituosâ dolores capitis accer-
sit. Id declarant subito orti dolores in febribus. Et alias
cancerosa fit dispositio, alias chæradica. Idque pro pro-
prietate humoris. Et ἡ πνευματικὴ ἰατρικὴ fortè haud est
absurda opinio. Sed & mirum, quod à pure contento in
parte, fumus elatus crudelissimos dolores accersit, & atrociam
inducit symptomata. Id declarat Tassini historia prima li-
bri 2. Consiliorum meorum.

Ingeniosi sunt melancholici. Biliosi sunt ingeniosi, &
melancholici sunt ingeniosi. Ingeniosi sunt melancholi-
ci, dum assiduò animo multa voluunt, eaque sublimia, quo-
rum sæpe euentus est admirabilis. Et tamen melancholi-
ci per se non erant, assiduitate vigiliarum spiritus fiunt
squalidi, sanguis denigrescit, & melancholicus fit. Reses
est enim & ignauus. Biliosi sunt ingeniosi, id est, prompti,
& expediti ad excogitandum, sed fatiscunt, nec diu idem ver-
sare possunt vt alij. Quidam enim retroconuertit eam pro-
positionem, *Melancholici sunt ingeniosi*; immò ait, inge-
niosi sunt, & fiunt melancholici.

Autumnales morbi, & præsertim febres pessimæ sunt.
Et leui de causa febris repetit, ob humorum adustionem, &
penitiorum vim putredinis. Nam cum humores per æsta-
tem adusti sint, immò & partes internæ quadamtenus sic-
cæ sint, & squalidæ factæ, maxima est in febrem aptitu-
do & procliuitas. Nec facile morbi tales depelluntur, quia
habituales fiunt. Ac præclarum esset philosophari de hu-
morum, & morborum autumnalium proprietate. Nec enim
inæqualitas temporis horum malorum author esse videtur,
vt placet veteribus. Est alia quædam abditior & secretior
causa. An quod eo tempore serum dominatur, vt placet
Hippocrati? An quod, vbi est infirmitas, ibi morborum
est prouentus & contumacia? At autumnus peculiar em ho-
minibus conciliat imbecillitatem. Nec vis elucet & appa-
ret vt alijs in temporibus. Quod declarant ipsæ arbores,
quæ folia relinquentes, omnes senescunt. Si id quæ-
cubus

cubus euenit, cur non homini quercubus imbecilliori?

Ioannæ le Preuost autumno febris vehementissima, omnium membrorum dolor asperimus, & impotentia ferè. Articularis erat orgasmus, & lassitudo ulcerosa. Si materia in interiora potius irruisset, mortua derepente fuisset. Sectio venæ repetita contulit. Sanguis est detractus valdè impurus. Nam alieni humoris erat mixtio. Mirum quomodo sine sudore conualuerit!

Petrus Rebetius à destillatione ferina, & diffusione humoris, non à capite tantùm, sed reliquis partibus, ita vnde cumque est oppressus, vt thoracem dilatare non possit. Externum erat malum, & dolorificum. Cruda & maligna erat materia. Et eadem est quæ catarrhos suffocantes facit. Febris fuit potius symptomatica. Multo alui profluuium liberatus est. Admirabilis hic fuit morbus, & opinione Medicorum maior. Facultas animalis non erat imbecilla, nec vitalis, nec naturalis. Mirum est, quod epidemias contulit; sed ea non tam fuit ab imbecillitate naturæ, quàm à particulari redundantia humoris naturam molestantis. Circa tricesimum aut 35. diem sudor subfrigidus erupit toto corpore, fœtens, & venenatus. Infecit enim eam custodem, quæ manum corpori sudanti applicauerat.

Iosherius Procurator, magno metu territus, aliquot post diebus hypochondrium sinistrum doluit. A vetere cacochymia serum putre subierat partes istas, & vis erat atrabilarij humoris. Secta statim vena. Neutrum in latus decumbere poterat. Si biberet vinum, illud dolorem afferebat, & sensum cuiusdam acrimoniæ. Ter repurgatus, & materia fœculenta valdè exclusa conualuit.

Carolus in cœmeterio Sancti Ioannis suppressione vrinæ laborabat. Credibile est id fuisse à phlegmate obstruente, accedente & nonnullo tumore osculi vesicæ. Dolor non erat, itaque nec inflammatio. Mirum an tumor derepente fieri potuerit. Conabatur excernere. Conatus iste in corpore impuro materiam ad vesicam præcipitauit. Concursum est ad diuretica. Malum auctum est. Vesica implebatur vrina, sed aliquid impediēbat.

Z

facta est humorum veluti conferta in vesicam prolapsio. Testabantur urinæ. Nam copioso sedimento erant plenæ. At non erat sedimentum propriè dictum; sed humorum colluuiæ. Tandem deprehensus tumor osculi vesicæ missò in anum digito. Multis remollientibus adiutus est. Conualuit. Antè nullo modo excernebat urinam, nisi immisso cathetere. Malo desinente successit ingens scroti tumor. Vnde hoc?

Ioannes Lescotius febre, decimo quinto quoque die manifestò repente,prehenditur. Icteriodes erat, & melancholico habitu. Naturâ est hypochondriacus. Omnia signa adsunt. Deinde febris alium typum seruauit, deinde nullum, sed erratica planè fuit. Omnia tuta timebat. Incun-
tibus paroxysmis profusus erat in risum. Titillationè se sentire narrabat. Ac conijciebamus acrem humorem, sinum diaphragmatis irritare & titillare. Præter opinionem citius conualuit. Iuuerunt illum plurimùm purgationes blandæ, & ex interuallis. Vbi non tam diathesis est, quàm humorum congeries, ibi facilè morbi fit depulsio.

*Diathesis
difficilem, at
humorum
sola conge-
ries facilem
facit morbo-
rum solutio-
nem.*

Iudith Memnæ rubiola. Huius signa erant maxima. Sed tum morbus erat *εὐήθης*. Sed in his morbis omnia tuta timenda sunt. Per tres dies visa est *ἀπύρετος*, & *προφιλὴ λαμβάνουσα*. Sexto die asperrima febris. Suppressio sputorum. Dolor ad sinistram clauiculam, cum febricit valdè. Hinc pulsus est penè vibrans & inflammatorius, sed facilè confidet. De sectione venæ cogitabatur. Febris, quæ quatuordecim horas durârat, incipit frangi leuiusculo madore in modum *ἑφιδρώσεως*. Alij accessionis mitigatorium aut solutorium dicebant, & id quicquid esset, à conatu naturæ esse crisi, in morbi maligni reliquijs adorientis. Alij ab oppressione esse dicebant, & ab inani conatu. Alij causabantur τὸ *περιστερικόν*. Nam vesicæ suille admotæ sunt, quæ suo tempore madorem proritant. Euentus docuit madorem istum esse causam remissionis febris. Nam mane exacerbata est eodem modo, & ad quartam vespertinam sudor aut mador paulùm vnctuosus apparuit. Festinare in his malum est, & non tam vulgo seruiendum, & temerè excogitandæ rationes, quibus fidem facias legitimæ

*In historia
Vandolij in
2 tomo Con-
siliorum ex-
plicuimus
differentias
sudorum,
Consilio 12.*

4.

tuæ curationis, quàm diligenter momenta morbi tenenda. Docuimus antè, quomodo liceat aliquando mittere sanguinem etiam sudoribus manantibus. Quod notandum, ne quid temerè fiat aut omittatur.

Sudoribus manantibus etiam sanguinem mittendus, cū inanis est conatus natura, & feruor astusque est ingens eam excretionem inuans.

ANNOTATIONES.

1. **R**euera in eiusmodi fluxionibus sudorifica maximè profunt, eaque moderata. Testis serua D. de Roissy, que reuertè conualuit, cum paralysicos esset metus.

2. Cautè reprimendus est sanguis è naribus fluens. Nam si impetu fluit, & statim supprimitur, malum maius afferet. Nam Hippocrates in Prorrh. annotauit hemorrhagias ut suppressas conuulsionem afferre. Galenus in comm. non tam conuulsionem tamen sequi vult ob ipsam suppressionem, quatenus talis est, quam ob usum medicamentorum frigidorum, que circumquaque affunduntur & applicantur.

3. Hic affectus, qui primum adoriebatur, cū tantum conuellerentur palpebrae, ab Arabibus vocatur Aluen seu palpitationis. De eo Manardus.

4. Est valdè periculosum circa dies criticos, & in illis diebus aliquid moliri. Nam minima occasione natura perturbatur, & crisis molitur. Et si debiliior sit, necessario est illi occumbendum. Vnde sepè annotauimus ex Hippocrate, cautionem eam quam summus vir adhibet, immò dum de vulneribus loquitur, tertio quoque die mitius agendum esse vult, & conuiescendum. Quod si id fit in vulneribus & affectibus externis, cur non magis in internis? Huc referri potest quod excorsis & parias soluat.

1. Reuera est putredo in Autumno, qua aliam habet proprietatem, quam alijs temporibus. Et minima occasione febris exacerbatur. Quia status est venenatus.

2. Reuera hic morbus fuit diffusio, & liquatio quedam humorum, & presertim in habitu corporis. Quod sanis aliquando euenit. Hoc autem euenit eneruatis & effeminatis ipsis partibus, & neruis sero & affluente à cerebro, & in partibus ipsis collecto liquecente. Vnde temerè ijs vena secatur, (nisi quid urgeat.) Nam calor naturalis diminuitur, & faculta-

ses ipsis partibus vernacule laborant, unde comatosus est factus quodammodo. Et ijs idem euenit, quod ijs qui dormituri sunt. Nam grauatur pars & facultas.

3. Non dissimile quid contigit N. de Palayseau, diu laborant dysuria. Excernebantur materia pituitosa, quæ dolorem inferebant. In usu vini albi, & equitatione multus fuerat. Meiebat aliquando cruentum. Credebant lapidem esse. Frequentissimo usu hydromelitis sanatus est.

4. Mirum est, quod & puellæ hæmorrhagia minima occasione excitetur. Quod nouum in hac ætate. Nam & Aristot. annotauit contra naturam esse, virgines habere varices, aut menstrua, aut hæmorrhoides.

CONSTITVTIO AUTVMNALIS,

Anni Domini 1576.

ANOTATVM paulò superiùs, quæ videatur esse de morbis Autumno vagantibus, & de ipsius Autumnæ temperie opinio. Annotarunt & Chirurghi hac maximè constitutione, omnia vlcera esse *διεπλωπια*. Hoc autem inclementiam, & grauitatem ipsius aëtis indicat. Tamen morborum non fuit ferax Autumnus. Quartanæ febres multæ, & erraticæ vagatæ sunt. Atque maximè illud obseruauimus, quod Hippocrates in Aphorismis annotauit, *φθινοπάρῳ ἀλλήνες*. Nam conquerebantur omnes potius ægri de hypochondrio sinistro. Et quantum iudico, in morbis autumnalibus est *χακοήθεια* ob adustionem, & excitantur paroxysmi inordinate & erraticè per quandam effumationem venenatam. Immò ægrescunt potius medendo. Nec bonum obstinato quodam animo

velle eos morbos deturbare, & demoliri. Et quod diligen-
 ter animaduertendum est, in morbis autumnalibus non est
 exactè cibandum, & obseruanda ea lex, & ratio victus,
 quæ in aliorum temporum morbis tenetur. Autumnalium
 enim morborum *αυτονία* adiectione succi alibilis tollitur.
 Et cum humorum & spirituum sit quædam exustio & squa-
 lor, id mitigandum est, ac contemperandum bonitate ali-
 menti. Id ipsum Hippocrates, & post eum Galenus ani-
 maduertit. Ita enim Galenus, Morbis qui ex corruptio-
 ne fiunt, autumnus assimilatur. Ideò qui eo febricitant
 tempore, continua optimi alimenti indigent adiectione. Et
 si vires validæ fuerint, sæpè & multa; si imbecilles, pauca
 & sæpius offeremus. Et paulò antè dixerat, defectum per
 se exigere adiectionem alimenti, corruptionem autem, *πλεθω*
ἀνεργασίαν. Et quod superius dictum est de adiectione ei-
 bi, idem dici potest de detractioe sanguinis. Si corruptio
 magna est autumnò, si vires imbecillæ, cur tamen libera-
 lius eo tempore demitur sanguis? In hoc peccatur maximè.
 Et vidimus sæpè multa venæ sectione fatigatos fuisse ægros,
 & nil aut parum allatum esse adiuventi. Sic correctio il-
 lius venenatæ qualitatis (nisi fortè manifestæ cacochymia
 cum plethora adiuventia fuerint) potius est prouidenda,
 quàm euacuandum liberaliter, aut de alimento detrahen-
 dum. Atque in eo multi peccant. Quod autem suspicio
 esse debeat venenatæ vis in omnibus ferè morbis autum-
 nalibus, id patet maximè. Egri facillè emaciantur, lique-
 scunt ac extabescunt, cum tamen videantur sat bellè ha-
 bere, & nullum aut exiguum dolorem se sentire fateantur.
 Febres lentæ sunt, continuæ, symptomaticæ. Nam in dia-
 thesi consistunt, & contumaci quadam obstructione, & vitio
 partium. Declarant dolores qui paroxysmis & exacerbationibus
 redeuntibus sentiuntur. Nam quibusdam in sinistro
 hypochondrio dolor percipitur, qui aliàs circumscribitur
 eo loco, aliàs ad clauiculas vsque protenditur, pleuriti-
 mentiens, vt in vxore D. Gabriëlis toto autumnò ap-
 paruit. Aliàs circum regionem hepatis, vt in ea virgine ap-
 paruit, quæ manebat è regione Ecclesiæ sanctæ Crucis.
 Aliàs ad suras & tibias, vt satelliti Mabirio, & Præsidi

Comm ad
 Aphor. 17.
 lib. 1. Apho-
 rism.

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

Lib. 1. Epid.
posteriorum.

Dourseæ. Aliàs ad os stomachi seu ventriculi, sensim ad os sterni perreptando, etiam sine manifesto calore, vt Burgensi seruo domini Chalmesi contigit. Nullus credat, quæ sit fœtura symptomaton, morbos autumnales comitantium, vt Medici circa ea debeant potius esse spectatores & admiratores, quàm actores. Et nisi experientia id me docuisset, nunquam id credidissem. Ac quod maximum est, sæpè in morbis autumnæ medentium oleum, & opera perditur. Et vt ingenuè dicam, idem ingenium videntur habere morbi autumnales, quod & carcinomata. Ac non mirum si ægrescant medendo. Hęc annotata volui, vt certiores facti de more, & indole istorum morborum, & in diæteticæ, & in pharmaceuticæ aliter nos geramus, quàm in alijs morbis. Ac hoc verum asseuero, in magna quartanariorum iliade, & fœtura anno Domini 1571. ex quartanarijs, qui & phlebotomijs, & medicamentis vexati sunt, omnes ferè perierunt. Qui incurati fuerunt, ij ferè omnes naturæ vi ad mensem Martium sensim conualuerunt. Vide quæ in primo libro annotata sunt.

Arthritici
offenduntur
frequentive-
na sectione.

Libro primo nostrorum Epidemiorum annotauimus ex Theophrasto, & Galeno, quæ sequi soleant incommoda ex frequenti sanguinis è brachio detractiōe. Nunc vnum annotare oportet. Multi sunt quibus arthriticæ fluxiones sunt, & propter dolorem subindè sibi detrahi sanguinem patiuntur. An non peccant? Ita sanè. Quia corpus & refrigescit, & nerui debilitantur, & quod maius est, facultas retentrix infirmatur: Immò & bis coquere natura cogitur. Nam dum effunditur coctus sanguis, alium coctum vult sufficere. Hac imbecilliore facta, dum humores in sua statione, & præsidijs non sunt, dum statarij quoque non reguntur à natura, facilius in partes procumbunt. Et hoc notandum est.

3.

Nobilis mulier putat se in ventre habere. Nouem menses venter tumet. Conceptus signa omnia. Lac in mammis. Dolor mammarum magnus. Post nonum mensem sanguis copiosè fluxit. Non planè venter detumuit, nec mammæ. Putamus molam esse. Tamen ea narrauit se sensisse agitationem in ventre maximam, ac si puer esset. Expectamus quorsum tandem tumor hic euadat.

Mirum id de quo conqueritur quidam. Ait enim sibi dolorem esse in ventriculo penè intolerabilem. Et is dolor exacerbatur, maximè cum bibit vinum. Et illud sumptum aliquot pòst horis vomitu cogitur excludere. A cæteris non ita offenditur. Vnde hoc? Hypochondriacum illud esse videtur. Et phlogosis est, & dispositio inexplicabilis ea in parte. Idem contingebat mulieri splenicæ, & melancholicæ. Si enim hauriebat vinum album, dolor in sinistro hypochondrio erat intolerabilis. Idem Iosserio Procuratori eueniebat. Vide quod antè scriptum est.

Io. Chalumeau annos natus 50. aut plus eo, corpore squalido & visceribus pari modo affectis, nephriticis symptomatis conflictatus est. Dolor fixus. Excretio nonnullorum lapidum ex interuallis. Ren sinister lapide angulos obtusos habente obsessus est. In vretêris principium implantatus deprehensus est post anatomen. Febris conclusa plus in recessu, quàm in fronte habens, adustio & squalor. Extimus habitus aliosus. Lingua squalida & horridula. Aëstus & sitis. Meiebat plus iusto. Vrina aquea, planè. Sensim extabuit. Diabete interijt. Ren alter lapide non obsessus. Iusto minor erat, & penè collapsus erat. In altero lapis prædictus deprehensus est. Nullum commemorabile vitium, quod sub obtutum caderet. Sed morbus partium sæpè τῆς ὀλῆς ἕσθαι est, & sæpè sitis est renum irritata facultate attractrice. Et hic morbus inexplicabilis est ferè. Inimò hepatis δυσχεροσία, & venarum cum dispositione humorum nitrosa, & sanguinosa, faciliè communicatur renibus. Accedit quod ad partes laborantes faciliè serosa excrementa depelluntur, & confluunt. Quæstio esse potest, quomodo ren tam malè affectus serum à sanguine fecernit? cur non sanguinem saniosum & serosum, aut serum sanguinolentum præterlabi sinit? Id pluribus explicandum foret. Nam cum quatuor sint in parte facultates ab elementis profectæ, vna potest laborare integra altera, prout qualitas, quæ eam facultatem iuuat & fouet, potius laborarit quàm alia. Accidit quod ren, tanquam officialis pars, peccauerit, vt quæ plus attraxerit quàm oportuerit; tanquam pars priuata, non desierit nutriri; vnde faciliè & bellè secreuit

serum à sanguine. Et cùm sanguis multum habuerit feri, eiusque nitrosi & mali, paucum laudabilis succi : non mirum si malum malo cumulatum fuerit. Inimò sæpè renau-ctior est & maior, sed non commodo agrorum. Idem enim contingit, quod & ijs, quibus lien maior est. Hippocrates autem scripsit, quibus lien efflorescit, ijs corpus minuitur. Vide supra historiam viduæ Barnabæ, Panthou.

Nobilis quidam ex equo decidit. Attonitus remansit diu fatis. Copiosè fluxit sanguis ex aure sinistra. Verebatur de fractura cranij. Tamen audio illum tali sanguinis fluxu liberatum.

Si pulmonis
siccis & cali-
di signa ad-
sunt, iuscula
sunt propi-
nanda.

6.

7.

Quæstio est non contemnenda de iusculorum vsu ad analepsin & impinguationem. Sunt qui frequentibus iusculis vtuntur, tum vt habitiores fiant, tum vt aluus non ita astricta sit. Alijs id non placet. Nam intestinorum corruptionem ex frequenti iusculorum & rerum liquidarum vsu consequi posse putant. Nam & fæces liquidiores, & aqua dilute foetentiores sunt. Item cùm serum morborum maximè sit parens, si intestina multo humore maceant, si hepar multum aquæ attrahat, sanguis fit serosior, & hepatis, immò & ipsius massæ sanguinis *σύντασις* quodammodo dissoluitur, ac elanguescit. At *ὑπόπνια*, & *συνπνια*, & firmitas partium actionis melioris causa existit. Aqua autem & aquea dissoluunt : nec enim τὸ *πείγλιστρον* habent, id est glutinositatem, quæ partium robur conciliet.

Nicolai Rassi historia commemorabilis. Febre continua laborabat, & quæ aliquid habebat aut *περιταμοφύης*, aut *ἡμπεριταμόν*. Adeò obscurum fuit de morbo. Pulsus ferè perpetuò frequens fuit, & demissus, qualis in valdè infirmis tractatur. Et tamen est habitu fatis bono, & veluti athletico. Istius frequentiæ & crebritatis pulsus causam non poterant agnoscere Medici : Alij ad infirmitatem referebant, alij ad cacochymiam, alij ad plenitudinem, alij ad oppressionem instrumentorum. Et cùm pulsus naturaliter ei sit demissus & paruus, ea paruitate manente, sola frequentia contra naturam erat.

8.

Iam antè annotauimus, commemorabile illud esse, quod obseruatur

obseruatur de humorum diffusione, quam Hippocrates $\tau\acute{\epsilon}\lambda\epsilon\upsilon\sigma\iota\varsigma$ $\chi\upsilon\mu\omega\acute{\nu}$ $\delta\iota\acute{\alpha}\chi\upsilon\sigma\iota\varsigma$ vocauit. Certis enim temporibus, certis in morbis, certis ætatibus ea fit diffusio, quæ non in capite solùm, & à capite solo fit, sed & in partibus alijs. (Vnde malè omnem destillationem à capite arcessunt, à parte enim in partem fit.) Id autem fit per imbecillitatem quandam partium, facultate præsertim retentrice imbecilla: Et quò partes sunt sicciore, eò videntur pluribus istis humiditatibus abundare. In toto corpore, & singulis eius partibus est quædam $\sigma\upsilon\upsilon\tau\omicron\iota\alpha$, id est, partium, substantiarum, & facultatum contentio, qua perseverante omnia ritè administrantur. Nec est dispositio ista $\chi\epsilon\lambda\alpha\pi\acute{\rho}\acute{\omega}\delta\eta\varsigma$ per imbecillitatem, quæ in multis esse solet. Bifariam enim partes inferiores labefactantur ob defluxum, aliàs humore ab alijs partibus in has depulso, & in hoc vis pellentis naturæ apparet; aliàs laxatis veluti fibris defluente humore in partes. Et hic posterior modus est deterior. Nam tunc partium & excipientium, & earum à quibus manat humor, $\sigma\upsilon\upsilon\tau\omicron\iota\alpha$ concutitur ac euertitur. Et Medicis id est muneris, vt quantum fieri potest, robovent partes istas, & contentionem istam partibus restituant. Benè hanc dispositionem $\sigma\upsilon\upsilon\tau\eta\zeta\iota\varsigma$, aut $\sigma\upsilon\upsilon\tau\eta\kappa\alpha\tau\iota\kappa\omega$ dixeris sine febre: Eaque admirabiles habet in corpore euentus. Atque aliquando eò id procedit, vt partium fiat quædam, vt ita dicam, denaturatio, & laxatis veluti fibris magnus apparet prouentus excrementorum, pituitæ diffusio, tinnitus aurium, flatus, & id ob paupertatem caloris naturalis non satis elucens apparet. Et id tale in rerum naturam cadere sæpè vidimus, & maximè Claudio Pelotio contigit post vigilijs assiduas. Aliquando ob dominatum caloris fundentis. Vnde in quartanis febribus longis profusiones pituitæ, catarrhi, & $\rho\epsilon\upsilon\mu\alpha\tau\iota\sigma\mu\omicron\iota$ apparent, fundente nimirum ac liquante calore, & partibus imbecillis redditis.

Mirum quomodo hepar, cerebrum, cor, lien, quæ principatum habent in corpore; prauis sint succi, cum tamen videantur puriore sanguine ali & nutriri. Si enim vim habent principem in corpore, & temperamentum habent bonum, & oportet meliori succo nutriri. Quamdiu

*Ut in repur-
gando auro
ultima mu-
tatio perfe-
ctissima est:
ita in assimi-
lationis co-
ctione ulti-
ma alimen-
ti perfectio,
& caloris
vivelucet.*

10.

*Quid incom-
modi sequa-
tur si dolētis
actū brachij,
aut infir-
mioris vena
aperiatur.*

viuitur interna sese exonerant in externa, & si quid spurci & impuri sit, id in cute apparet. Quod declarat aut vim partium istarum, aut excellentiam partium exteriorum. Ut quemadmodum in depurando, ut sic loquar, repurgandoque auro ultima mutatio perfectissima est; ita quoque extimæ partes, dum ultima assimilatione, coctione, & agglutinatione aliquid moliantur, & contendunt ad melius, & ad maiorem perfectionem, quam quæ antea fuerit, non possunt minimū inquinamentum ferre. Et sic efflorescentia quæ fit in cute, seu sit pustularum, seu scabiei, non est necessariò argumentum rei intus malè gestæ, sed quod in perfectissima elaboratione (cuiusmodi fit in habitu corporis) exquisitior debet esse ἢ ἑτερογενῶν, & superfluum secretio.

Primo libro annotauimus, quid incommodi sequatur, si dolentis actu brachij, aut infirmioris vena aperiatur. Dubitant enim sæpè de ea re Medici.

Ioannē le Preuost, & innumeris alijs de manuum dolore, & brachiorum conquerentibus vena eiusdem partis dolentis aperta est. Et nil inde deterius euenit. Et in febribus laboriosis ex ipsis etiam partibus laborantibus sanguis magna vtilitate demitur. At circumspēctus Medicus esse debet. Si brachium per se infirmum, aut casu aliquo; si stupet, aut sensus est veluti formicarum decurrentium, cautius & cunctantius sectio facienda est. Est enim vbi sensio ista ab infirmitate est, aut à defluxu à capite, & sectio venæ aduehit, aut πάρεσις, aut aliquid simile. Est vbi non à capite est, sed à toto corpore, concurrente quidem tenui sero à capite mananti. Idem in laboriosis febribus cernitur, vbi ne minimum quidem appullum, aut blandum affricatum ægri ferre possunt. Et tunc ex ipsissimis etiam brachijs laborantibus tutò demitur sanguis. Sed magno hęc opus iudicio, ne malè vnum pro altero sumas.

Quī fit, ut ventus qui per rimulam, aut angustiore locum aspirat, (qui vulgò *vent coulis* dicitur) deterius partes afficiat, quàm qui per ampliorem locum irrepit? Immo quendam veluti σφαλισμόν, & venenatam vim infert.

Lac asininum arcet Elephanti. *fin.* caro asinina profi-

s A

tat & aduocat. Vnde hoc? An quia carnes crassum succum generant; lac autem serosum & tenue? Hoc autem videtur absurdum. Nam Hippocrates lib. 2. de diæta ita scripsit: Quorum animalium lac tenue est, & sanguis similiter, eorum etiam carnes sunt consimiles.

ANNOTATIONES

1. **I**nitio Autumni quadam erat opinio de febrium quarternarum multitudine. Tamen pauca admodum restiterunt. Et mirum fuit, cur tam pauca essent, cum tempus satis insalubre videretur. Contrà in primo libro docuimus, alio Autumno innumeras fuisse.

2. Immo in paroxysmis febrium, & morborum autumnalium vidimus sæpè & insula, & cibos coctionis facilis exhibitos, & vim caloris statim debilitatam ac fractam fuisse.

3. Hippocrates lib. de aëre, & locis obseruat, mulieres aquis malis & paludosis vientes, sæpè putare se aluo gestare: & ventris moles ad constitutum vsque partus tempus manet, sed tandem ea moles euanescit.

4. Idem narrat se fretum consilio quorundam, qui consulerunt, ut quotidie mane manderet saluam, & illius usu malum imminutum fuisse. Magnam pituita copiam educebat, ac credibile à frigidissima quadam pituita eos dolores excitatos, adiuuante quodam calore, & phlogosi interna. Item simum equinum vino albo macerauit. Vinum macerationis magno profectu se sumpsisse confitetur.

5. Hunc affectum explicat Aëtius, capite de ijs quibus stomachus dissolutus est, aluus autem astricta.

6. Et Aphorismo 64 lib. 7. Aphorism. docet Hippocr. non esse dandas multas sorbitiones cum strigmenta sunt in urinis, (quanquam legitur vox ὑποχρηματος) Et reuera, ut ex precedentibus patet, & ex mente Galeni de urinis locus intelligendus est.

7. Si siccum sano est propinquius in vulneribus & ulceribus, si prouocatio sudorum tam prodest, si diæta, & desiccatio tantum proficit; cur tam multi sumus in usu iuseulorum? Vnde Gal. cap. ultimo, lib. 4. de loc. aff. in affectu pulmonum cum cor-

ruptione, (ut sapè in agris deprehendimus) vititur omni desiccatione, vititur aromatis, & mihridatio. At dices, corpus exienuatum est. Quid tum? Oportet enim putredinem corrigere, unde vulgus non ineptè dicit, hunc aut illum pulmones habuisse putres, ob rerum liquidarum, & potus copiam. Tamen in orthopnea, & difficultate spirandi, presertim ab obstructione, non videtur abstinendum esse ab usu iusculorum, & rerum liquidarum. Et malè fortassis siccantia pulmonicis prescribuntur. Id non caret difficultate. Et vnum maximè obseruandum est, vsus rerum liquidarum ventriculi vires dissoluit, & facultas retentrix ipsius ventriculi exsoluitur. Sic & ad facultatem retentricem, & attractricem moderata desiderari debet siccitas. Porò iusculorum frequens vsus hydropem pulmonis accersit. Et ut sicca impediunt expectoratum, ita frequenter usurpata humida sputum diluunt, & effæminant, ut minus aptum reddatur excretioni.

8. Iste & biliosos multos humores congerit, & crudos multos, ut sciri potest: & propterea periculosus morbus est. Nam Galenus comm. ad hist. de Sileno ita scripsit. Grauißimi sunt morbi, in quibus biliosus humoris & crudi succi magna colligitur copia.

9. Ista σπρτονια fortè potest nominari τάσις. Cùm enim avis præpetibus aliis subnixæ volat, dicitur esse ἐν τῇ τάσει: cum telo percussa decedit, ista perit τάσις. Idem contingit in nostro corpore. Hinc sudorum eruptio critica fit per quandam τάσιν: symptomatica verò per quandam λύσιν, ἢ διαφόρην, λυθείσης τῆς τῆς μωείων φύσεως ἐν τῇ τάσει τίνι ὕπνῳ. Sic Epilepticus paroxysmus ἐν τάσει ἐνωπύ dicitur: παρὰ λυσίς verò ἐν λύσει πνι. Et omnis conuulsio est ἐν τῇ τάσει ἐκέννη: paresis, paraplegia, paralysis ἐν τῇ λύσει. Quod Hippocrates 2. Epid. declarat, & nos in historia Vandolij demonstrauimus paulò antè.

10. Huc pertinet questio de asinino lacte, quod Elephantem arcet, cùm caro asinina eundem accersat. Cùm enim lac asina sit potius ab hepate, quàm ab habitu, & nutritio habitus sit perfectior, quàm partium internarum: consentaneum videtur, ut potius lac asina accersat Elephantem, quàm caro ipsa asinarum.

CONSTITVTIO

HYEMALIS

Anni Domini 1576.



IC considerati potuit quantam vim
 habeat aër, & tempestas. Nam cum
 auster maxima ex parte perflauisset,
 neruorum & cerebri œconomia plu-
 rimùm labefactata est. Et reuera
 habet θεϊόν π. Nec enim tam est hu-
 morum parens, quàm author διαθε-
 σεώς πνος in partibus ipsis. Vel enim
 partes firmat, vel imbecilles facit. Vnde flante austro
 βαρυσόαι, καθρώπτες. Quare? Quia συντονία ipsorum
 neruorum afficitur ac labefactatur: corpus fit χαλαρῶδες,
 fiunt in corpore quædam χαλαρήξεις, modò in interno cor-
 pore, modò in externo. Si in interno, vel in alium ipsam
 fiunt, hinc diarrhœæ, & alui profusiones: Si in pulmone
 id fit, dolores lateris, præsertim pituita liquecente &
 πνευματῶμενη. Et sic de reliquis partibus. In externo
 corpore fiunt istæ χαλαρήξεις, vel à capite ipso in subie-
 ctas partes, vnde paraplegiæ, & ἡμιπληγίαι; vel in ipsis-
 simis partibus hinc paralyseos particulares. Sed morbo-
 rum magna foetura est, præsertim paralyseon, hemiplegia-
 rum, defluxionum, διαχύσεων τῶ φλέγματος, si caput af-
 fectum est, aut grauatum. Affectum, vt cum inclementiâ
 cœli afficitur. Vnde plerique exeunt domo manè sani &
 ficci, qui attracto haustoque aëre nubiloso, aut frigidioris
 aurę appulsu, statim tussunt, vocem raucam compressam-
 que habent. Grauatum autem caput, veteris excrementi
 suppressione. Sunt enim quædam capita, quæ excremen-
 tosa magis sunt, quàm alia. Porro inter homines vim

1.

2.

A a iij

tempestatum, & mutationum præsentunt, qui sunt λεπτο-
μερέστατοι, & spiritus quoque tenues & subtiles habent. Por-
rò per totam hyemem, & sub principium veris magna pa-
ralyseon fuit ilias. Et non solum erat fluxio quædam suf-
frigida à capite, sed & concursus cacochymixæ peculiatis
corporis. Hanc quidam ad cœlum referebant. Iuuit sæpius in
his etiam resolutionibus & defluxionibus phlebotomare.

*Cassia nocet
ijs, quibus
sectione de-
tractus lapis
est.*

Mirum illud est, & non negligendum, quod ce-
lebres lithotomi Parrhisienses se obseruasse dicunt, nocen-
tissimum esse medicamentum cassiam ijs, quibus sectione
detractus est lapis. Propterea Laurentius senior, lithoto-
mixæ prudens & peritus, contendebat primùm à Medicis,
λιθοτομηθέντι medicinam facturis, vt ne cassiam præscribe-
rent. Obseruasse enim se asserebat multorum periculo,
id medicamenti deuoratum esse, & omnia in deterius ver-
sa fuisse. An quia cassia est aliquantum diuretica, & pro-
pterea ex euentu vesicam iam afflictam molestat? An quia
κακοσμάχος, & ναυπάδης? Virofitatem enim quandam ha-
bet, & tormina excitat. Vnde fieri non potest, quin per-
turbet, & turbas excitet in corpore, vnde vesica vim pa-
tiatur.

100 Cordæo Medico dolores implacabiles ad ischion. Ad-
motum vesicatorium ex cantharidibus, ardor vrinæ infe-
cutus est intolerabilis. An tutus cantharidum vsus? Cauen-
dum ne ardorem vrinæ inducat.

101 Dumæi filia annos 17. nata, febricitauit. Huic dolor
nonnullus ad clauiculas & brachium, ferè ad olecranon.
Non putabatur fluxio tam maligna, nec quòd subtus cu-
niculos ageret. Cœperunt illum morbum quibusdam re-
medijs agitare, anodyna applicare, purgare, oppositæ par-
tis venam secare. Septimo die comatosa, ac veluti reso-
luta fit. Partes quæ dolebant, cœperunt esse indolentes.

*Hippocr scilicet.
3 lib. 3. Epid.
per totum.*

3.

Nil in superficie apparebat. Mors. Brachium erat velut
syderatum parte interna ad periostium, ante mortem ni-
grescebat. Circa ipsius periostium serum & virus reperi-
tur, quod exusserat ac corruerat partem. Immò iam
labes peruaserat ad interiorem thoracis partem, ac si surda
fuisset, vt ita loquar, pleuritis. Admiranda sunt effecta se-
ri venenati.

Seri venenati vis.

Castrati ferè sunt semiputres (Galli vocant *poiiacres*) & ad album Elephantem accedunt. Et tamen dicunt resectionem testium arcere elephantiasin, & curare præsentem. Quomodò id fit, cum castrati, quibus nimirum exesti sunt testes, propter eam ipsam resectionem, in aliquam Elephantis speciem incidant?

Castratio arcet Elephantiasin; Et tamen Castrati ad Elephantem album accedunt.

Damifella Thiesfaldia illud est experta, quod Hippocrates scripsit, ὄξυθυμίῃ ἀναπαῖ, καὶ καρδίῃ, καὶ πνεύμονα ἐς εἶναι, καὶ ἐς κεφαλῆν. Cum enim calidis visceribus sit, & capite calido, ob varias perturbationes & iras, tota oppressa visa est. Conculcatur enim, & obruitur circum præcordia calor, & alimentum. Propterea in dolorem lateris, qui pleuritici ementiretur, præceps ruit. Nec id tam à capite, aut pulmone ipso fuit, quam à refluxu, & ἀναρροπῇ humorum. Intumescit enim hepar, & expanditur. Ac duo hæc notanda sunt. Prius est, quod magna ex parte leuata est sudore, & cuncti ἡμῶν ὄπω. Sudor autem erat veluti diaphoreticus, & tantum mador erat. Vires languebant. Et nisi cacochymia imminuta fuisset, si crisis verè incidisset, id est subita omninò mutatio, repente interiisset: sed sensim, & ἐκ ἀποσπαστικῆς ea mutatio incidit. Sudor autem ille talis qualis fuit, iuuit. Alterum notandum est, quod ut ira, & motus vehementes calidioribus nocent, ita frigidis & pituitosis motus isti conferunt. Nam Hippocrates ait: Danda opera, ut ira excitetur, coloris & succi recuperandi causa.

cc
cc
Part. 9. sect. 5. lib. 6. Epid.

Pituitosis naturis ira confert.

2. Epid. hanc particulam enarrat com ad part. 9. sect. 5. lib. 6. Epid.

De iudicio ferendo in sanguine laudabili aut contrario, iam antè diximus, quoniam hic grauiter peccatur, ut ignorantia velum aliquod Medici prætendant. Plurimis impurissimus sanguis detractus est, immò nunquam ferè purus, quibus tamen mortuis & factis partes omnes satis integræ sunt deprehensæ. Alijs ferè semper purus, quibus tamen viscera, & pulmones maximè putres sunt inuenti. Quid hoc rei? Si multis semper detractus est impurus sanguis, an quia impurus occasionem subinde capis secundæ sæpius venæ? Vires enim destruis. Et fortè in habitu tantum talis sanguis succrescit. Et formosissimis mulieribus & albidissimis impurus sæpè detrahatur. Quid hoc rei?

Formosissimis mulieribus impurus sæpè detrahatur sanguis.

Multi, meo iudicio, tali sanguine benè nutriuntur. Et vt
 fues luto, ita tali sanguine corpora sustinentur. Immo æquè
 longæui sunt, quibus impuritas est sanguinis, ac ij, quibus
 perpetuò purus demptus est. Sæpè ad speciem & visum
 purus est, qui alioqui τῆ ὅλη ῥοία malus est Vt contra, im-
 purus cernitur specie, qui non ita τῆ ὅλη ῥοία malus. Et
 cum malus & impurus ita sæpè cernitur, tantum ob natu-
 ram corporis delicatam, & admistionem seritalis fit. Argu-
 mento est, quod ferè cacochymi sunt καίπο. Et talibus po-
 tius purgatio quadraret, quàm identidem repetita phlebo-
 tomia. Item id valdè notandum, quod plurimi quibus fa-
 cies nitet, & decora est, floridulusque vultus, sæpè magis
 valetudinarij degunt, quàm quibus impurior est sanguis,
 & facies pallidula. Quæ omnia ad vnguem tenenda, ne
 crudelitate potiùs, quàm humanitate nostrum expleatur of-
 ficiam.

Sanguis vi-
 si bonus to-
 ta substantia
 sæpè malus,
 & contra.

Cum quis catarrhus est, ferè hîc accusatur hepar, aut
 viscera calida. Quod cum verum est, summittuntur vapores,
 qui refrigerati à cerebro, illud vicissim refrigerant. Et sic
 fluxionum à capite perennitas quædam est. An non potiùs
 quibus moderato tantum calore, aut tepidiusculo viscera
 prædita sunt, ea non minores habent vapores? Nam cum
 calor paucus est, aut inferior, (cæteris paribus,) id est, in
 humorum paritate, plus excitat vaporum, & non dissipat
 diffringitque, vt cum robustior est. Idem enim euenit,
 quod & viridibus lignis accensis. Et, quod annotauit Fer-
 nelius, fortassis non ab inferioribus partibus tantæ vapo-
 rum copię causa reperenda est, sed etiam, aut potiùs ab
 ipso cerebro, quod aut calidius est, & sic liquatur, & fun-
 ditur; aut imbecillius est, & delicatius, & sic ab eo manat
 & stillat aliquid semper, & plus excrementi congerit in se.
 Nam εὐτομία, & συντομία ipsius cerebri afflictæ est. Gal-
 lidicunt, le Ceruean est desbandé. Aut quia fortius, & sic sese
 validè exonerans partes inferiores irrigat ῥευμα ποιῶ. Et
 talis exoneratio salutaris aliqua ex parte: vnde dicimus ca-
 tarrhum magnum & frequentem, salutarem. Aut quia pô-
 ri sunt occlusi, & cutis pericranij densior. Et vt vide-
 mus corpora δυσδιαφόρητα valetudinaria effluuij defectu:
 Ita

Vere & le-
 gitima ca-
 tarrhi cau-
 sa.

Hippocr. 2. de
 morb. initio.

Capita deli-
 berationum
 pro catarrho-
 sis.

Ita, cum caput non est ὑπόου, congestio fit, hinc defluxionum ampla seges. Hæc ad vnguem tenenda sunt, vt medicina prudenter fiat. Nam quidam omninò in catarhosis à phlebotomia abstinēt. Alij audacter sanguinem mittunt. Vtrîque valdè aberrant. Nam sæpè in cerebro tumultus fit, & ὀργασμὸς, qui rectè phlebotomia sedatur.

In domo I. Trouuè Notarij senioris Clericus annos 22. natus, horruit atque incaluit. Nox implacida, vomitiones assiduæ rerum variarum, deinde velut cineritiæ, ac nigricantes. Dolor ad totum ventrem implacabilis. Hypochondria ἐπέδωκα, & distenta. Neutrum in latus decumbere potuit. Febris assidua. Iactationes. Ferre potuit phlebotomias. Nec adiutus est. Venter perpetuò siccus, non soluebatur. Voluuli magna erat suspicio. Quinto die repente interiit. Vomendi finis non fuit. Incendium intus magnum. Mortuus valdè à maligno intumuit. Aperto cadauere, colon erat velut nigrefactum, epiploon totum putre. Ad regionem hepatis sanies purulenta. Fœtebant adèò omnia, vt viscera dimouere horribile fuerit. Audio halitum illi fœtentem fuisse.

Ioanni Picquet fluxio arthritica, & valdè dolorosa. Quinquennio antè eodem modo laborauerat. Tunc à procatartico fuisse narrauit. Nuper vxoratus erat, cum id mali adoritur. Incredibilis humorum rabies, mox in has, mox in illas partes. Quia & nerui, & arteriæ, & venæ sanie quadam scatebant. Phlebotomiâ quinquies celebratâ melius habebat. Prudentis est Medici videre, an non securè vena his in morbis aperiatur, an verò prudenter prætermittatur. Si facultatis retentricis imbecillitas est, prudenter omittitur. Si cacochymia est, immò virulentia, quæ tantæ tragœdiæ author sit, audacius id faciendum.

Filia venerabilis Colettæ fluxione in latus laborauit. Pleuritis fuit non legitima. A collectione cuiusdam materiæ efferæ fuit. Euasisse visa est. Aliquo pòst tempore intumescit sinistra mamma. Dolor profundus. Pulsatio quædam. Aneurysmatis opinio. Cum de aneurysmate consuleretur, & admotum esset cataplasma ex farina & luteo oui, repente è pectore eduxit corruptam materiam.

Tumor refedit. An non timendus fuit ea in parte abscessus?

*Mulieribus
vena angu-
stiores. Et ta-
men calculo,
& morbis ab
obstructione
sæpius non
affliguntur.*

Cur cum mulieribus venæ sint angustiores, & cruditatibus multis pateant, calculo & morbis ab obstructione sæpius non affliguntur? Et cur aqueas vrinas & tenues non potius reddunt, quàm corpulentas, crassas, & iumentorum vrinis similes? Fortè id alienum non est vt inquiratur. Et quòd sæpius capitis dolore tententur, quærere oportuit. Quæ enim inter eas calidioribus sunt visceribus, & rubore suffulas habent genas; an quoniam calor multum vaporum summittit, quos discutere nequit? An quoniam cranium & pericranium densum habent, propterea minus perspirans? Accedit & quod capita nimium operiant.

Vxor Augustini Consulis quibusdam conuulsionibus obnoxia est, & mente mouetur sine febre, præsertim perspicua. Cum laboraret, ingens hæmorrhagia & indomita fuit. Credibile sanguinem multum fluxisse, qui & bilem & succum melancholicum temperaret. Hæc autem habitu est melancholico. Ita enim Hippocrates memorat de quodam Halicarnassensi, cui cum in dolore capitis secta esset vena, euacuatione & perfrigeratione quadam capitis phreniticus factus est.

*Hippocr. 7
Epidem. &
lib. 1. Epid.
morborum, de
muliere
phrenitica.*

Vxori N. Bæj tumor eminens ad frontem. Is nobis suspectus fuit. Aliquid enim venereum redolebat. Applicatione emplastri de ranis cum mercurio remollitus est tumor. Tandem applicatum pyroticum. Facta via sanies & ichor manauit. Os subiectum affectum repertum est. Desquamatum est. Curatum est vlcus, & bene habuit.

Circa pulsus diligentes & sedulos esse oportet. Magnum enim habent momentum ad therapian, & ad reliquas Medicinæ partes. Sed ad diagnosin prognosimque maxime. At qualis in sanitate pulsus sit, diligenter scire oportet, alioqui falli necesse est. Ac primum vtriusque manus pulsus contingens. Diuersus enim sæpè est. Et in multos incidens, quibus aliàs dextræ arteriæ corpus profundius, aliàs sinistra: & ita facile tactus iudicium fallit. Vnde in febribus continuis vidimus aliquando dextræ arteriæ pulsus frequentem, & humilem, sinistrae frequentem, magnam

*Pulsus dex-
træ arteriæ
contrarius
sinistra.*

& elatum in omnem dimensionem. Vnus à remedijs tentandis paulum reuocat. Alter remedium validissimum clamat. Et id magni ponderis est. Nam si vitium conformationis ipsius arteriæ causa est, cur aut plenior maiorve pulsus appareat, aut minor & vacuus, quid hinc agas? quid consilij capias? Historia D. de Ceruenay huius rei fidem faciet; cui pulsus omninò erat dissimilis. Et quod vnus dicitabat, suadebatque, alter dissuadebat. Huc pertinet historia adducta ab Iosepho Struthio in libro de arte sphygmica. Narrat de I. Starchonio Veneto, cui in febre continua erat ἀσφυξία. Cœpit malè ominari Medicus, cui erat incognitum pulsus instrumentum. Nam arteriæ exteriores profundè demersæ erant, & multa carne & adipe communitæ, vt contingenti manui non occurrerent. Et tamen conualuit.

Narrat & de quodam milite in Vngaria, cui semper deficiens erat pulsus sine reciprocatione. At id ex vulneribus obtigerat. Dissectæ enim fuerant in vtraque manu arteriæ, quarum cicatrices supererant, in medio cubito. Narrat & de Sphasio histrione, à natura factò fatuo, cui etiam benè corpore sano erant in pulsu omnium generum inæqualitates. Et falsè satis respondit Medicus contrectans arteriam, & interrogatus quid ei videretur de pulsu? Talem esse ipsius histrionis pulsum, quale foret ingenium. Narrat & de Monacho, cui pulsus intermittebat quamdiu vixit. Quò pertinet historia de iuvene, qui dum ex morbo emergeret, suo pulsu intermittente Medicos terruit, ignorantes id esse συζητες. Petro Conario tumor tophaceus sub arteria ad os cubiti adcreuerat. Vasa tendebat: proinde pulsus tenuius percipiebatur. Item & militi Turcæ in febre continua pulsus erat ἀσφυκτος. Febre liberato idem erat pulsus: naturâ enim talis illi erat. Sed & admirabile illud de Comite Polono, cui ἀσφυξία fuit per 14. dies ante obitum. Eius filio fuit tantum per diem vnum. Mirum fuit, quomodo tamdiu ἀσφυκτος mansit.

*Galen. lib. de
præcognitione
ad Posthumum.*

Plerique febres habent lentas symptomaticas, quas vulgaris febres non putat esse. Nam cum sensui addictum sit, non putat verè febricitare, nisi aut rigor, frigus, horror,

aut aliqua θλίψις, id est, angustia, molestiæ sit. Vnde sine distinctione, sine iudicio cibant ægros, nec vllius accessionis, & ἑπισημασίας, latentis rationem habent. Nam cum lateat putredo, & humor conclusus sit, non diffeminatus per partes sensiles (vnde rigoris sensus adest) latens est & obscura ἑπισημασία: vnde in talibus ἑπισημασίας ægri pereunt incautis Medicis. Maximè verò id contingit, si febris lentæ coniuncta sit periodica. Id quod euenit sæpè, & magno ægrotantium intertrimento. Porro carpendus est interpres Galeni, qui quoniam libro 1. de diff. febr. cap. 7. nomen θλίψεως pro compressione legit, dum de pulsibus agitur, grammatica quadam licentia ἑπισημασίας in febribus heceticis post sumptum cibum, & in quibusdam putridis ἀθλιπίου vocat, annotationem incompressam. Ineptum hoc. Ergo ἑπισημασία ἀθλιπίος dicitur initium cuiusdam accessionis febrilis, sine angustia & molestia, quæ in alijs febribus adesse solet, in quibus rigor aut frigus manifestum est. Porro animaduertendum illud, quod 9. cap. lib. 1. de diff. feb. obseruat Galenus, quomodo illud τὸ ἀθλιπίον non modò in heceticis cernatur, sed & in putridis febribus. Nam in febribus continuis sunt quidam paroxysmi excitati à motu nouæ materiei, non tradactæ per partes, (quanquam non existimo istam materiam dimoueri & transferri, sed tenuiorem quandam partem aut serum potius:) & tales paroxysmi latent sæpè nos. Et intempestiua cibatione morbi imprudenter porriguntur. Quomodo autem paroxysmos febrium non necesse sit habere comitem rigorem aut horrorem, ex sententia Arculani, in Consiliorum tomo primo docuimus.

Ioannes Puthonnier ἰκτεριώδης, penè febre lenta laborabat. Plurima mictio eaque pellucida. Diabetes in metu erat. Iuuit phlebotomia, & purgatio ex lenientibus. An non quia κίωμα intus erat, vt ad extinguendam hepatis & præcordiorum sitim, hepar & renes continenter serum attraherent?

Illa nutrix, quæ diu sana vixerat, & quæ initio morbi tam terrificata passa est symptomata, satis docuit Medicam his turbari non debere, immò audacter, seruatis ali-

quantum viribus, tentare debere remedia, nec solis cardiacis fidendum.

6.

Seruus Gaillardii Iulianus in febre assidua opprimebatur penè. Natura causam oppressionis detexit, procurato expectorato. Medicus in febribus etiam essentialibus debet curam habere & pulmonum, & partium aliarum, quæ fouent nouum morbum vetere peiorem. Hinc successiones morborum. Et prout variarum affectionum sedes, ita varia crises.

Incredibile penè, quod Damisellæ de la Mothe contigit. Cùm satis benè haberet, iniecto vno clystere icterica facta est. Icterus erat *καταρροϊκός* & magnus. Venenum clysmate inditum putabat. Mirum quomodo tantus icterus de repente contigit. An in cauo hepatis tanta materia? Aut vbi est. Deiectiones albicabant. Urinæ erant confusæ.

Hispanus, Nicolæa Honorata, Nicolaus Dubuiffon, neptis vxoris Gilberti interiøre penè morbo consimili. Omnibus Medicis negotium dedit. Immò ausim asserere, morbum non intellexisse. Difficultas erat spirandi summa, spiritus frequens & paruus ad mortem vsque. In sicco veluti spirare videbantur. Nec tussis, nec sputum. Spiritum ne ad momentum cohibere poterant. Erecto paulum corpore ita frequens & paruum spirabant. Febris non erat magna, nec quæ istam respirationem requireret. Medici accusabant pulmonem, alij catarrhum esse putabant, alij inflammationem, aut phlogosin pulmonis. Quod non erat credibile, cùm febris non esset saltem commemorabilis. Nec phlebotomia, nec subductio alui iuuit. Nicolæa Honorata cùm febre lenta laborauisset, & bene cœnata fuisset, cœpit breui spirare & frequenter. Ista respiratione mansit, donec expiraret. Retulimus ad ventrem inferiorem malum, non ad pulmonem. Alij contra. Aperto cadauere, repertus est ren dexter purulentus. Vnde credibile à vapore maligno hanc orthopnoeã siccam inductam fuisse. Incredibile enim qualia symptomata afferat aura venenata à pure traducta. Ioannis Tassini historia fidem facit. Sed & alia coniectura nitimur. Post diurnas fe-

7.

8.

9.

B b iij

bres, aut alias affectiones natura aliàs in cutim, aliàs in artus, aliàs in partem aliam reliquias veneni deponit. Hinc aliqui fœda scabie maculantur, alijs articulorum labores eueniunt, alijs hemicrania, alijs species cuiusdam catalepticos, hinc ἀφῶνοι, ἢ ἀπόπληκτοι aliquando redduntur: huius rei παραδείγματα apposuimus in libro primo Consiliorum nostrorum, & rationem exposuimus. Vt mirum non fuerit, si post æstum, sitimque summam, si post obstructionem summam primæ regionis, vt nos deprehendimus, naturæ conatu excitatum sit aliquid, quod dolorem intulerit, & φλογώσεως speciem quandam, vnde difficultas spirandi sit infecuta. Quomodo autem partium inferiorum affectio breuem spiritum, & frequentem afferat, pluribus explicauimus in 2. tomo Consiliorum nostrorum. Porro huic puellæ pulmiones erant integri. Aliquantula pars adhærescebat costis, sed id non erat ἀξίολογον. Nicolaus quoque Dubuiffon sic interiit. A venenata aura credibile quoque istud factum. Nam huic per annos penè 15. aut 19. familiaris erat excretio purulenta per vrethram. A renibus id erat. Minus ex quo excretum est. Dolor colicus ortus. Deinde difficultas spirandi sine tussi, aut aliquo consimili symptomate. Mors. An colicis doloribus, & tetra anathymiali hæc succedere possit δύσπνοια, queri potest. Nos id deteximus, & animaduertimus prædictis exemplis: In Hispano, & nepte Gilberti non ita res innotuit. Porro eam affectionem dubitabamus, an vocare iure possemus orthopnoeam siccam, an sanguifugum? Orthopnoeam siccam, quoniam videbatur aliquid affine habere ei affectui, quem Hippocrates vocat orthopnoeam siccam. Galenus in comm. vocari putat orthopnoeam siccam, eam difficultatem spirandi, quæ sine sputis, vel eductione per tussim vsque eò vehemens est, vt inclinari citra suffocationem, qui ita affectus est, non possit. Hæc autem à spirituum interceptione fit. Meminit autem inflammatorum hypochondriorum, quod affectio hypochondriorum eam affectionem inducere possit. Vel sanguifugum vocabamus, Gordonium imitati. Porro sanguifugum est difficultas anhelitus, cum aliquis non potest expellere aërem pro tan-

Part. 21. lib.
4. Acutorū.

Sanguifugum quid.
Gordonius
cap. 8. lib. 4.

to, quia pectus & cannae non possunt constringi suffi-
cienter, ibi retinentur fumosae superfluitates.

Silente Luna cur potius mala ingrauescunt? Cur lapi-
dosi fatigantur? Contra enim accidere debere par videretur.
Nam in primis Lunae quadraturis, maximè verò cum ple-
na est, corpora robustiora videntur. Itaque partes se se
potius exonerarent id temporis, quàm inclinante Luna.
An quia Luna plena virtus partium exsuscitata est, & cor-
pora intumescunt; deinde decrescente ac senescente, la-
xiora dissolutioraque redduntur? Propterea, si qua infirmi-
tas, ea potius eo tempore detegitur, quàm cum facultates
valent. Corpus enim se se suo nutu ac viribus sus-
tinet.

cc
cc
Luna silen-
te cur corpo-
ra imbecil-
liora.

ANNOTATIONES.

1. **I**n his qui sternunt, causa est, qua cerebri facultatem
Expultricem ad excretionem succussumque irritat. In
februm paroxysmis orgasmus est, & hepatis veluti tumor, &
expansio, ut Hippocrates lib. 2. Prorrh. annotavit; unde mul-
tis tunc spirandi difficultates. Quando cholera morbus prebende-
re debet, impetus quidam est & conatus. Quae omnia nota-
ri debent. Hinc enim fit, ut excrementorum copia sua in
singulis partibus facultatem partis excitet. Et quando omnes
partes simul hoc aggrediuntur, mors ab oppressione saepe ob-
tingit.

2. In ista constitutione innumeris fuerunt sicca & humi-
da ophthalmia, pruritus oculorum, suffusiones & ungues de
repente aduenientes: unde multis aut debilitatus, & imminu-
tus visus est, aut omnino abolutus. Item & dentium dolores fue-
re crudelissimi & acerrimi, tusses, & quaecumque cerebrum ple-
num parere solet.

3. Mirum est, quod quadam materia venenata, ut ea
est qua facit exanthemata, & variolis; non vertitur in pus,
sed in quid simile puri, & in quandam novam speciem
puredinis, quam natura non domat facile. Quod Hippocrates
in Epid. annotavit. Porro in tali suspitione cauteria adhibere
in primis oportet, licet materia non educatur, & magnum do-

lorem non inferat. Item lius ex hydrargyro confert, ut annotabimus in sequentibus.

4. Reuera erat hac in parte apertio faciunda, eo modo quo factum est in uxore D. Guillon, quam curauit D. Duretus, de qua dicitur in sequentibus.

5. Difficile est circa pulsus iudicium: & magno agrotantium incommodo in ista haretur difficultate. Prout enim quisque variam habet de pulsū opinionem, ita variè corpus agrotum exercet. Si validam pulsū & altum existimat, aliam indicationem inde sumit, aliam si aliter affectus sit. Et fortè huic pulsus validus videtur, quod satis fortiter pulset arteria, cum tamen talis non sit. Prout enim affectum est instrumentum, ita aliud iudicium esse solet. Item cum applicatio manus sit diuersa, aut comprimens, aut suspensa, aut mediocri; ita varia de pulsū est opinio. Hic Medicus comprimit, & arteria compressa aliam pulsus ideam refert. Ille Medicus suspendit manam, eandem arteriam contingens, & arteria alium pulsū habet. Itaque non temerè in ea pulsū materia versandum est.

6. Item similis est historia F. Michaëlis Sarmartini, in quo leipothymia præcessit febrem insignem, & genu tumorem. Medici territi istis symptomatis ad cardiaca properant, cum potius ad purgans medicamentum statim sit veniendum.

7. Difficultas inerat spirandi. Cuius causa non tam erat in pulmone ipso, quàm in regione hepatis aut lienis. Et quod initio febrium aut continuarum, aut intermittentium nausea, dyspnœa, secca tussis, ælûm, pandiculatio, suppressio & ephialta species inducitur: ita si mouetur materia, & species quedam febris intus fouetur, quandam difficultatem spirandi afferre potest, quam nec ad catarrhum suffocantem, nec ad vitium pulmonum referre debemus. Filius Antonij Fauerean Pharmacopœi videbatur casurus in has affectiones orthopnoicas, de quibus hoc loco. Dyspnœa erat, & obaudiebatur strepitus magnus cum rancedine. Id ad crudum succum referebatur, aut ad flatum malignum in pulmone excitatum. At aduentantis rubiole id fuit indicium. An non ea dyscrasia sit in pulmone, eo modo, quo in metu morbillorum, ut difficultas spirandi inde oriatur? Fortè id non est planè dissimile. Alius puer annos 7. natus, consensili morbo interijt. Non est deprehensus tam seui morbi, & difficultatis

& difficultatis spirandi causa. Eo tempore vagabantur tusses, vulgo Quintes dictæ, de quibus paulò post. Et quod ex inter-nallus facit quinta tussis causa fugax, id facit eadem causa fixa. Hic perseverat difficultas spirandi usque ad interitum. Filius D. le Noir ista difficultate spirandi interijt, cum rancedinem quandam haberet caninam, & tumentes paulùm fauces. Pulmo erat parte dextra vitiosus. Geruasius Honoré socer meus, ita penè suffocatus interijt. Chirurgus affirmavit se secuisse cadaver pueri ista difficili spiratione, & morbo (ut dixi) incognito sublato: Inuenta est pituita lenta, contumax, qua instar membrana cuiusdam arteria aspera erat obtenta, ut non esset liber exitus & introitus spiritui externo: Sic suffocatio repentina.

8. Morbus quo interièrè illi tres commemorati agri, fortè aliquid affine habet cum eo morbo, quem Hippocr. pulmonem repletum vocavit, de quo antiè coniecturam nostram adscripsimus.

9. In Nicolea Honoré visa est summa bilis effusio in intestina. Cystis fellis videbatur exhausta. Fernelius capite de morbis cysteos fellis, meminit quosdam interisse, in quibus nulla alia interitus causa comparuit, quam quod folliculus fellis exhaustus esset. Videndum an hoc credibile.

10. Qua difficultas spirandi à flatu est, ea crudelior, & curatu difficilior, & funestior existit. Quod autem flatu difficultatem spirandi afferat, ex eo colligere licet, quod Galenus comm. ad particulam 39. lib. 2. Prorrh. ait Asthma fieri à flatu, à pituita è capite delapsa, à pleuritide translata, à pure.

modo procedunt ordinem, alio modo per gradus.

CONSTITVTIO AVTVMNALIS

Anni Domini 1577.



AVTVMNVS Anni Domini 1577. *è Exanthematis* puerilium feracissimus. Immo qui annis, vltu & experientia valèbant, tantam puerorum cladem vix se vnquam percepisse dicunt. *Estas* salubris fuit, secca, & squallida. Ver & principium æstatis humidum & tepidum. Sed mirum cum æstas saluberrima fuisset, cum vacarent ferè omnes Medici munere ob ægròtantium inopiam, quomodo eruptio ista pustularum tot pueros sustulerit. Quicumque enim initio prehendebantur, saeuiente ac flagrante malo omnes penè peribant, & non proficiebat hilum ars ea, quæ multis auxilio esse solet. Tanta feri venenati erat malignitas! Maximè verò ob *ἀναπόπιον*, aut ob capitis quandam peculiarem plethoram, facies deturpabatur, oculi intumebant, vt metus esset aut exertionis, aut præsentis cæcitat. Paucis apparuerunt *ἀσπίδες*. Erant enim mali moris. Quarto aut quinto ferè die febris assidue incidebant. Antequam clades ista inuasisset, viris & maioribus apparebant maculæ, cæthymata, miliaris pustulæ, & cætera id genus, idque æstate maximè. Sed id nullum afferebat periculum. Certum est quodam tempore, quodam statu, certum genus hominum, certo morbi genere tentari. Quod Hippocrates in Epidemijs animaduertit, vt in tractatu de exanthematis, & de arthritide animaduertimus. Quod Plinius scitè scripsit. Vniuersis gentibus ingruunt morbi, & generatim modò seruitijs, modò procerum ordini, aliosque per gradus.

Plinius cap.
50. lib. 7. &
cap. 1. lib. 16.
de mentagra.

Hic quærere oportet, cur ecchymata non idem sunt quod aliæ pustulæ, quæ nobis sæpè erumpunt; nisi quod in exanthematis totum corpus afficitur, aut magna pars, non item cum sparsim quædam pustulæ dolorificæ apparent? Cur non cum seri maligni & multi suspicio sit, tuto non pertundetur vena? Cur si materia ita est venenata, pus sit? Si materia ita est venenata, cur pus apparens in vesiculis non erodit, & serpit longius?

*Notanda
quæstiones
circa exan-
themata.*

Andreas Frater *ἰατρίων, ἀπόπετος*, viinas faciebat bile saturatas. Hinc secandæ venæ occasionem cepimus. Idem in Damifella de la Mothe præstiteramus. Sanguis illi detractus valdè laudabilis. Quomodo id contigit? Dominus Fernelius huius rationem rei reddit, nec non eos fugillat, qui talibus vrinis inspectis, hinc captant phlebotomandi occasionem. Rationes istas lege, quoniam ea de re sæpè disceptatur.

3.

De Paracentesi illud notabile. Potest facile administrari. Sed audio à viris fide dignis, qui id genus, ad miseris mortalibus opitulandum, remedij non repudiarunt, periculum ex eo non sequi, quod fiat sectio, nec quod euacuetur aqua saniosa, aut quod rursus succrescat nouus humor; sed quod qua parte sectio facta est erysipelas facile & frequenter consequatur oboriaturque. Deinde è vestigio sequitur gangræna, & sphacelus. Cur ita hoc malum gliscat & aderescat, nequeunt rationem reddere, nisi quod loco euacuatae aquæ flatus nescio quis malignus surgat, & quod occursum frigidis intestina, vetere colluue delectari solita, facile nigrescant.

*Paracentesis
cur formi-
danda.*

Quis credat, quod etiam minima aura tantos dolores corpori afferat, & mala tam formidolosa? Nunquid illud videmus in ipsis plantis, quarum corpus validius est nostris corporibus, afflatum auræ nescio cuius, syderationem & crudorem, & calamitatem, & vstionem afferre? Hoc dico, quoniam id sæpè in vsum venire potest. Et vt ex ijs discant iudicare de morbis, qui nulla morbi causa mouentur, nisi ea sit euidens, & penè sensum ipsum feriat.

*Aura mali-
gna vires.*

Errant qui in fluxu mensium immodico astringentibus, & refrigerantibus abundè vtuntur, & applicant ven-

4. tri. Nam primum non peruenit eorum vis ad interiora. Calorem pellendo intrò, eum cogunt. Sic calidior sanguis fluxui paratior est. Hic interdum valent digerentia & metasyncritica.

Filius Damisellæ de Mommor habuit aliquid notabile. Dolor lateris post vehementes exercitationes, & corpore plethorico. Secta vena. Febre aucta, & exacerbata, summa erat difficultas spirandi. Ad nothas penè costas dolor erat. Peripneumoniæ metus erat. Nec nisi ferè erecta ceruice spirare poterat. Febris paroxysmo inclinante (nam remittebat, non intermittebat) difficultas spirandi minuebatur, & dolor lateris. Sic febris erat essentialis potius quàm symptomatica. Non tamiuuabat sectio venæ, quàm purgatio. Natus est patre hepatico, & aliquid habet reuera ουσυγές. Verebamur de pleuritide ex dorso. Non erat tamen. Nam talis pleuritis Hippocrati crisin habet per vrinas: is verò potius per aluum. Et cauebamus ne errorem committeremus. Nam sputa erant biliosa. Talibus apparentibus Hippocrates cauet ne deorsum purgemus. Hoc an verum videto. Ingens humorum colluuius deturbata est. Et prudentis Medici est in talibus videre, num potius purgandam (quod facit D. Magnus Medicus) vt non tam liberaliter sanguinem mittamus.

Lib. de mor-
bis.

5.

Nobilis viri Perroti morbus notandus. Dolor pectoris. Rauca vox & summissa, non libera. Difficultas spirandi. Tussis nulla. Febris aut nulla, aut exigua. Repente intus foras tumor apparuit in osse sterni. Erysipelatodes quid. Audacter detractus sanguis, quod latentis phlogoseos (quæ inflammationem tandem in pulmone peperisset) nobis erat suspicio. Conualuit.

Erysipelas
intus foras
prodire bo-
num.

Blandinus, & æger ad templi scalam, diuexabantur capitis dolore periodico. Nulla arte occurri poterat. Imò ne sudorifica vni profuerunt. Statis periodis dolor repetebat. Febris non erat conspicua. A praua diathesi id erat. Qua arte tam contumax dolor fit oppugnandus, lubenter quærerem.

Damisellæ cuiusdam lateris dolentis historia commemorabilis. Nam cum pulsus languidissimus esset, & penè

de feretro cogitaretur, ratione doloris præsentis, qui eam
facile prosternebat, missus audacter sanguis sanitatis au-
thor fuit. Sic fortuitus ausus sæpè rationem prudenter ini-
tam superat.

Illa mulier ad ædem sancti Thomæ satis declarauit,
quanti sit faciunda etiam minima mammarum offensio.
Cum enim contusio in mamma dextra facta ob ictum, ne-
glecta fuisset vt leue malum, cancer hinc teterrimus &
funestissimus est infecutus. Hinc mors.

*Cancer obor-
tus à con-
tusione mā-
mæ.*

Bergerij pistoris vxor querebatur de pruritu inter inte-
stinum rectum & vterum. Nullis penè auxilijs leuabatur.
Credo quod erat superficialia terpigo, & quæ ob cælatum
aliquandiu malum gliscebat, viresque acquirebat. Tan-
dem credo illam alleuatam pessariorum mitigantium vsu.

Ille Consul Regius, qui in vico nostro ægrotabat, dum
à febre releuatus videretur, omniaque ex arte facta essent,
vndecimo tertio die cœpit rigere, natura crisin moliente,
cum tamen per quatuor dies *ἀπόπερος* videretur, sudor to-
to corpore: dolor lateris. Pulmonicus erat, vt sputa indi-
cabant, & pulmonum corpus semiputre, pituitaque multa
offertum. Melius habere putabamus. Urgebat lateris do-
lor. Luna tunc silebat; & tamen coacti fuimus præ do-
lore venam aperire. Sudor diaphoreticus. Mors. In mor-
bis omnia penè timenda sunt. Et non oportet nos securos
esse de morbis, præsertim si pars aliqua primaria laborat,
donec nostros ægros conualuisse viderimus. Nam timen-
da sunt morborum successiones. Simile quid Galenus an-
notauit in Prothetico. Locus commemorabilis.

*In morbis
nec temerè
securos, nec
præcipitantes
timidas esse
oportet.*

Macæus olim D. Crassi seruus, biliosus, rufus, ad men-
sem Martium doluit latus, febricitauit. Humoris impe-
tus furibundus vix sedari potuit. Malum artem vincebat,
& remedia ferè eludebat. Quicumque rufi sunt, morbis
vix liberantur. Humor enim qui in eis abundat, habet
aliquid virulenti. Testis vidua Barnabæ Panthou, de qua
suprà dictum est. Et morbi magis formidolosi sunt, qui-
cunque eos adoriuntur, & Medici prudentiores cautiores-
que esse debent.

*Ad particu-
lam 17. sect.
2. Prothetè-
ci.*

Illa mulier quæ ad infundibuli insigne commemoraba-

*Humor qui
in rufis abun-
dat, aliquid
habet viru-
lenti.*

*Stupescien-
tibus uten-
dum in do-
loribus ute-
rinis.
De morbis
uteri.
Hippocr lib.
2. de morbis
ut. ierum.*

tur, morbum habuit commemorabilem. Dolor erat im- placabilis ad inum ventrem, isque internus. Suppressio mentium erat. Uterinus erat morbus. Euacuatione multa, encephalimatis, clysteribus cum decocto papauerum ei consultum est. Nam in morbis mulierum uterinis, præsertim cum dolores adsunt, maximè utendum stupescientibus. Et id primo quoque tempore facit Hippocrates. Apud Manardum est similis historia.

Commemorabilis est historia Latonii illius, qui manebat in vico Monialium. Is excreuit vomitione ingentem sanguinis nigri, impuri, mali odoris copiam: Nec interijt, quod omnes expectabamus. Exoneratio erat regionis lienis. Ista vomitio sæpius repetijt. Nil aliud quam de funere cogitabatur. Tandem in perinæo factus est abscessus suppuratus. Melius habuit. Vide quæ annotauimus de melancholicis hæmoptoicis lib. 2. Consiliorum nostrorum.

*Vena sectio
impedit sup-
pur.*

Vxoris D. Neron tumor potius *φλεγματώδης*, ad latus circum mammas, apparens. Costa intumuisse videbatur. Procuratum est suppuratum. Secta vena. Malè quidem. Nam cum procuramus suppuratum, à phlebotomia temperandum est, nisi quid urgeat.

6.

Blandinus dolebat caput. Ophthalmicus erat. Mirum quod nulla ratione dolor tolli potuerit. Arteriotomia celebrata. Concedebat quidem aliquando malum, sed periodo incerta redibat. Is expurgare luto vicos solebat. An non teter vapor qui exhalat inde, caput ferire, & afficere potuit, & nescio quam prauam diathesin capiti inurere? Ita sanè.

Qui fiat, ut oculos dolentes afficiat magis aër, & affectum deteriorem reddat; & tamen tota antiquitas aquis refrigerantibus utitur ad oculos malè affectos, & remedijs actu frigidis, contrà quam in aurium affectibus?

Si herpes, & impetigines, & darts serum nitrosum, falsumque facit, quare in ijs oppugnandis utimur remedijs siccantibus, & squalorem inducentibus? Nam contraria contrariorum sunt remedia.

Ad ripam Sequanæ quidam vxorem vulneravit. Vul-

nus factum in vena malleoli. Hæmorrhagia multa. Febris. Deliria. Curata est. Sed dolor postea implacabilis pedium ipsum occupauit. An quod fluxio facta est? An quod dolor ab exhausto dominatu ipsius pituitæ? An quod calor naturalis languidus factus est? Ita enim eo modo articulis dolor potest oboriri. Et vxor illa Pharmacopæi, quæ cum vtero concepisset, fœtum abigere voluit, vñ pharmacis aperientibus, & menses prouocantibus, incidit post magnum profluuium sanguinis, in dolores articulares implacabiles, quibus miserè interijt. An dolor arthriticus euacuationem istam sanguinis sequi potest? Nam ab inanitione conuulsio fit, & pro conuulsione potest substitui ille articulo- rum dolor indicibilis. Accedere potest historia mulieris cuiusdam Pharmacopolæ, cui sanguis immodicè fluxit per vterum dato medicamento $\phi\theta\epsilon\lambda\omega$. Nam arthritis corpus vniuersum occupauit, tanquam secleris & patrati erroris nefandissimi pœna.

Historia notanda.

Equitis Torquati D. de Rochefort filio annos 12. natum erumpunt exanthemata. Cum desæuire viderentur, sputit & expectorat eruentum, nec non meit cruentum, idque abundè. Coguntur Medici, etiam præsentibus exanthematis, venam aperire. Etacuato per viam urinæ sanguine tandem moritur. Aperto cadauere, internum etiam corpus ecchymatis scatebat. Rupta erant vasa sanguinis, & in regione renum multus collectus erat. Hoc symptoma nouum deprehensum est.

Historia.

Vxor Domini Brezé intolerabili capitis dolore vexatur. Videbatur per quaternos dies redire, aliquando tertio quoque die. Febris velut capitalis videbatur. Iam multa de iisdem doloribus scripsimus. Et causa horum inuestiganda est.

Coquus D. Daubray nephritin pati videbatur. Forte fortuna est secta vena. Melius habuit. Repetit dolor. Aliquando ea in parte læsus fuerat. In subitis doloribus & magnis, præsertim si febris est, tutò tentari potest phlebotomia.

Illamulier ad poculum stanneum, quæ animam agere videbatur, in summa virium infirmitate testata est, tutò

*In suppressione octo-
rum auda-
cter secanda
vena.*

etiam celebrati venæ sectionem. Fortè enim venam voluimus secari, & quasi aliud agitantes, miraculo quodam leuius tulit. Audaces fortuna iuuat.

Idem etiam experti sumus in vxore cuiusdam Hispani è regione Hospitij Lothareni. Lochia non benè responderant. Dolor ad lumbos, & regionem lienis implacabilis. Audacius secta vena profuit.

Gratiani latus dolentis notanda historia. Sexies secta vena, sæpè repurgatus est. Miraculo euasit. Ferè ictericus erat, & sanguis *ικτερίωδης*. Etiam in magna cacochymia audendum est, nec diffidendum ita viribus. Hæ enim recreantur, prout de saburra detractum fuerit.

Filij D. Poisse obseruanda historia. Falluntur quippe sæpè Medici, qui audientes *πέσχος* quoddam iunctam cum dolore lateris, cum expectoratione exigua; de sinistro rei euenta præfagiunt. Ille conualuit præter spem. Et febris erat potius essentialis. In omni febre essentiali, cum iunctus est lateris dolor, febre aucta, dolor augetur. At in vera pleuritide augetur febris aucto dolore. Filius Damisellæ de Mommor id testatus est, de quo antè. Et Medici plurimum debent animaduertere, vt dignoscant an febris sit essentialis, an non, quoties agitur de dolore lateris.

Historia.

Admirabilis morbus in Damisella de Louans. Collecta erat incredibilis copia humoris ferè purulenti in pulmonibus. Calor erat intolerabilis. Animam videbatur efflare, & penè deficiebat animo. Increfcente febre, iuuabatur plurimum ingesto cibo, & data vini portiuncula in febris æstu. Propterea Hippocrates respiciendam consuetudinem admonuit. Nec tam sæpè seueris Medicorum legibus insistendum, maximè ijs quibus corpus est *λεπτομερές*, delicatum, diffuens, *καταρρώδες*: ijs plenius alimentum dandum. Immo etiam in paroxysmis consulendum.

Credo iam annotasse de seruo D. de Granville *εὐσπίρατος* pituitoso. Huic pedes perpetuò aqua madent vi naturæ secernentis. Et annotauit Chirurgus de alio, è cuius pedibus effluebat aqua conspicua, magna satis quantitate.

Dominae de Masseparault lingua velut exusta, & *σπικίωδης* etiam

etiam dum sana est. Admirabilis est hypochondriacorum dispositio, præsertim cum iam *καύμα* quoddam est. Interna enim adustio est, & ventriculus facile communicat tunicæ linguæ.

Cognatus D. Dodyer Procuratoris vlcus antiquum in tibia habet. Hoc aliquando cicatricem videtur capere. Malum sapè cum antiquum vlcus cicatricis obducitur. Cum euanescit, cardiognos est, & virium infirmitas. Et semper dolet cor, vt ait. Admiranda est suppressio excrementi fluere soliti.

Filia Iogonæ lassitudinem habebat vlcerosam, & veluti quoddam erysipelas phlegmonodes vtramque tibiã peruaferat. Huic profuit terna venæ sectio. Detractio facta ex vtroque brachio. Impurissimus erat sanguis.

Vxori Domini Boyer idem contigit. Dolor ad inguina, Phlebotomia, & ea sæpè repetita, profuit. Dolor implacabilis oculorum, & is profundus. Verebatur exituram oculi.

Ad insigne infundibuli cuidam regio ventricali percussa est & contusa pugno. *ἀφωρος* factus. Liberatus. Iterum atque iterum *ἀφωρος* factus est. Mirabamur quid rei esset. Nulla re poterat excitari.

Quidam nuper matrimonio iunctus cum ira incanduisset, febrî corripitur. Nondum à nuptijs dies octo intercesserant. Verebatur ne ei phlebotomia noceret. Tamen ob ingentem febrim celebratur. Satis alacriter tulit. Sed intra modum constitum est. Excreuit innumerablem humorum copiam per aluum. Languit planè. Insomnis. Leuia deliria. Post corporis purgationem ingentem sanitati est restitutus.

Seruus D. de Longueire morbo prehensus est, qui satis facilis videbatur. Nec quicquam de sinistro euentu cogitabatur. Facies non collabebatur, immò paulum intumescibat. Pulsus erat creberrimus, sed non elatus. Diligentissimè purgatus est. Febris ad manum mitis. Quotus dies ageretur, ignorabamus. *Ἐπιδηώσεις* nonnullæ, deinde copiosus sudor. Nil in pulsu variauit. Ecce dum nos de salute aliquantum essemus securi; ingentem copiam sanguinis per anum, grumosi, & partim floriduli, excreuit.

D d

Vires detritæ in momento. Hepatis aliquantum resoluti
 aliqua indicia erant. Sudores inanes. *Αφωρία*. Mors. Sic
 in morbis semper aduersi sunt eorum euentus metuendi,
 etiam si specie ipsa aliquid sperabile & illustre habeant. In
 Petro du Four ferè idem die vndecimo morbi contigerat,
 & maiorem copiam excreuerat. Et tamen præter spem
 conualuit. Narrabant illum seruum prædictum vino metaco,
 eoque generoso, vti solitum.

D. De la Mothe cùm conceptus opinio esset, magnum
 sanguinis per vterum profluuium. Obstetrix narrabat cogi-
 tandum esse de expellendo aliquo, quod in vtero inutile
 existens istius profluuij author esset. Medicamentum da-
 tum. Clyster. Dolores cessauerunt. Quod dolores ces-
 sauissent, querebatur. Expectare debemus, donec vna cum
 tempore res magis inclarescat, vt vel de perfecto conce-
 ptu, vel falsa imprægnatione certiores simus. Tunc hinc
 leges aliquas constituemus, quibus cautiore nos esse oportet
 in medendo mulieribus, quod medendi ratio sit peri-
 culosa, & operosa. Nec dum quicquam statuimus, donec
 quid acciderit, intellexerimus. Periclitatio fugienda est
 valdè. Et quemadmodum conceptus, retentio mensium,
 conformatio, & omne circa *σύλληψιν* negotium vnum na-
 turæ sit miraculum; ita retentio fœtus, & exclusio; inimò
 & rei contra naturam expulsio vnum è naturæ operibus
 maximum est. Et quod sæpè ars non facit, nec aggredi-
 tur quidem, id natura, magno omnium stupore, perficit.
 Sic Medicos potius spectatores, quàm actores esse oportet.
 Cùm fluere desisset, aliquo post tempore maiore
 impetu fluere cœpit, & nil excretum est formatum.

Filiolæ D. Santueil historia notanda est, nec dum
 euentus est manifestus. Tamen cùm in vtroque brachio
 circa cubitum tumor insignis obortus esset, è pustularum
 eruptione reliquus, magnus nobis fuit corruptionis ossis me-
 tus. Applicatum vni brachio pyreticum, cùm de pure opi-
 nio esset, nullum tamen fluxit. Propterea alteri brachio
 admotum non est, cùm tamen applicare consilium esset.
 Sic in medendo valdè cautos esse oportet, nec quic-
 quam accelerandum. Ac præsertim in puerilibus tractan-

dis corporibus cautos & remissos esse oportet.

Qui fit, vt in febribus quartanis, & multis erraticis, ab humore melancholico natis, summa sit inappetentia, vt in Damifella de la migenne, quæ *ἄπονησιμείως ἔχει τοῦ πῶς τοσοῦτος πῶτος*: Et tamen succus melancholicus orexin excitat valdè? Nescio hoc, nisi fit in febribus his proprietates quædam putredinis, deiciens appetentiam. Et tamen antè notauimus, eos cibos appetere valdè, & multum edaces, quibus corpus ipsius lienis putre est: Hoc requirit subtilius ingenium. Sunt qui recurrunt ad pituitam putrescentem, febrium erraticarum, & quartanarum inordinatarum authorem; quæ cùm in primis venis putruerit, illicque ignaua maneat, non mirum si appetentiam deiciat: Immo maxima chyli pars non benè nutrita & attracta, & in lactibus ipsis retenta, pituitæ quandam speciem refert, & inter causas reliquas appetentiam aut tollit, aut minuit. Vnde nos asserere possumus, ægros quosdam obseruasse, qui copiam istius chyli corrupti, non benè attracti, nec in commodum naturæ *καταλειφέντος, ἢ μὴ ἐκτελέσαντος*, omni opinione maiorem excreuerint; vnde in maciem inciderint, tandem primæ sanitati fuerint restituti. Testis piscator Lyfouart, & ista maledica serua, quæ in ædibus Stephani Collot habitabat. Item & Dominus du Plessis, matruelis D. Byronio Gallicarum bombardarum Præfecto.

Quartanarum inappetentia, & tamen melancholici edaces sunt.

Medicus narravit de quodam fluore dysenterico laboranti. Post multa remedia, consilio Medicorum, ad usum lactis bubuli recens mulcti adactus est. Coagulatum in ventriculo. Incredibile dictu quanta inde symptomata, defectiones animi, & similia. Vnde lac coagulatum in ventriculo aut intestinis, instar veneni esse, Dioscoridem asseruerunt. Tamen, cùm necessitas ad usum lactis inclinaret, acutior Medicus consuluit, vt lac coqueretur, chalybearetur, deinde aqua inijceretur in lac dum coqueretur. Usus est, profuit valdè. Et illud est de consilio Aëtij, capite de coctura lactis. Et admirabile id est, quomodo lac ita paratum conferat.

Coagulatio lactis coctione, & aqua iniectione impeditur.

Cùm corpus turbatum est, & bilis in sanguinis so-

citatem se dat, vt loquitur Hippocrates, εἰσέρχεται, quantumuis sanguis detrahatur, is ferè est impurus: cum ista perturbatio quieuit, puritatem primam acquirit, præsertim si sudor multus eliciatur. Sic quæstio moueri potest non parui facienda, an in omni febre (præsertim si venæ sectio postulatur, quædam enim febres dissuadent) num præmittenda phlebotomia purgationi. Hæc ratio quosdam ad id adducit, nec omninò friuola.

Audio Hippocratem scripsisse malum esse in pulmonum morbis, cum ex sputo falso dulce fit. Quod contra naturam & rationem fieri videtur. Nam declarat id quod miscescit humor. Dulcedinis nomine subaudit conditionem puris. Et omninò malum est pus succedere expectorationi falsi humoris. Vide an hoc sit verum.

*Litus ad
thoracem
pulmonicis
conferunt.*

Litus ad thoracem an pulmonicis confert? Videtur quod non. Nec enim attingit corpus pulmonis. Primarius Medicus duas ob causas linit thoracem, tum vt τῆν διάφορητον thorax euacuetur. Διαφόρησις autem in pellendis morbis primas tenet. Si enim ægrotans calido est, acri & mordaci sanguine, litus iste est bonus. Si cruditas est, valet ad mitificandum, & aliqua ratione coquendum: tum vt pituita, quæ præ calore & siccitate membranæ adhaerescit, difficultatem spirandi, & dolorem inferens, facilius eluatur.

*Morbi Galli
Tiq̄ dieti
causa.*

Narrant morbum quendam esse equis proprium, qui vocatur *uq̄*. Fit cum id quod deuoratum est & deglutitum, vix os ventriculi præterlabi potest. Immò sensum ponderis affert, & dolorem aliquem inexplicabilem. Gulosis id accidit, & qui cibos vix præmansos statim deuorant. Visitur & id in ijs quibus hepatis cauum videtur obtui multitudine humorum, venæque primæ sunt obstructæ. Maximum remedium aluum sollicitare, & ventriculum diligenter euacuare.

Chirurgus Ducis Aumalæi aperto cadauere nephriticus deprehensus est. Lapis vnâ cum vrina excretus est. In corpore renis alius est deprehensus. Aluus fluxerat diu, febris perseuerauerat, dolores, clamores, eiulatus, scabies. Et ex ista historia doceri debemus, quod morbi renum in

pueris nobis suspecti esse debent, & nonnunquam animo atque cogitatione istas sedes lustrare diligenter, inspectis vrinis, & manu regione renum contrectata. Quid enim est, quo minus rudimentum maioris cuiusdam lapidis in vesica concreturn & augendi, à renibus manet? Id morbus Petri le Venyer nephriticus docuit. Erat enim vera nephritis. Et quoniam præ ætatis paruitate non possunt nec locum indicare, nec morbi speciem explicare, in Medicorum notitiam hic morbus non venit.

8.

Quid? An non semina frigida maiora, radix oxylapathi acetosæ, cichorii, scariolæ in decoctum purgans ingredientia, in quo autifolia senæ, aut rhabarbarum debet macerari, vim medicamenti retundunt? Calorem enim medicamenti temperant, & acutiem quæcunque inest, medicamenti hebetant. Ideo minus commode isto decocto rhabarbarum, & alia consimilia medicamenta macerantur, nisi fortè sint validiora, vt sunt colocynthis & scammonium. Nam vt amygdala, & dactyli daerydij vim retundunt, ita ista decocta macerata medicamenta infringunt. Galenus comm. ad particulam 12. lib. 2. de acut. vult quidem admisceri, quæ medicamenti malignitatem corrigant: sed quæ operationem impediunt, non vult admitti. Atque ex eodem loco probare quis possit, statim à sumpto medicamento potius iusculum dandum esse, quam tardius. Immo longè postquam sumptum est medicamentum vult abstinendum esse. Et locus est ita difficilis, vt vix possit intelligi.

Decoct. senæ frigid. & rad. cichor. acetosæ, &c. infringunt vim medicamentorum.

Vbi vitium infirmitas, licet argumenta sint cacochymia multæ, nisi ea valdè obsequatur blando etiam medicamento, cauendum ne vehementer corpus conturbemus. Vnde plerisque vidimus eodem die sublato quo datum medicamentum, falsa quadam opinione multi & prauis humoris existentis. Damifella Malon, vxor Gulielmi Guynet, seruus D. Poille, I. le Myre mercator ita dato medicamento non multum post interiire. At turpis calamitas est dato medicamento ægrum interiire, ait Hippocrates.

Vbi vitium infirmitas cum cacochymia, non tutus medicamentorum usus.

Neronij vxori tumor infra mammam dextram. Falso suspicabamur aliquid esse venereum. Emplastrum Vigo.

D d iij

9.

nium applicatum est. Nullo profectu. Tumor erat frigidus. Secta vena, credo quod nullo profectu. Et si natura suppuratum molitur, idem retardat phlebotomia. Pus procuratum. Conualuit.

In morb. principijs virium infirmitas ab oppressione.

Si à viribus sumitur indicatio, fortè id fallax est. Nam videmus sæpè in principijs morborum & pulsus intermissionem, & inæqualitatem summam: & tamen audacter purgatio instituitur, & vena sectio. An hoc tutò fit? Ab oppressione potius est ea infirmitas, proinde natura deonc-randa est, vt recreari possit.

Decem dies. Viginti dies. Quatuordecim dies. Quatuordecim dies.

Filia D. de Longueyre peperit. Lochia suppressa. Difficultas spirandi, febris assidua, deliria ilectissima. Purgata est. Secta in brachio vena. Quod fecisse poenituit; nam è malleolo potius erat detrahendus sanguis. Tandem ad malleolum venimus. Deinde cùm in sinistro latere dolor esset, basilicam sinistram aperuimus. Subiecimus pessum convenientem. Omnia erant desperata. Sub decimum tertium diem lochia apparent. Conualuit. Quid hoc rei? Iuuat illam & purgare, & detractione sanguinis naturam exonerare.

Dierum criticorum obseruatio magni facièda.

D. Duretus febre assidua laborabat. Sputa erant praua. Noluit corpus medicamentis agitare, & naturæ maximam negotij partem commisit. Sed ecce dum natura non reuocatur ab instituto, die 7. 11. 14. & 17. sudor apparuit iuuans plurimum. Agant quicquid velint Practici. Sed reuera dierum obseruatio magni facièda est. Et credo naturam plus secernendo, & sudorem vnum excitando prodesse, quàm Medicos suis medicamentis. Immo naturæ officium perturbatur.

Amittit id vaticinatio. Quatuordecim dies. Quatuordecim dies.

Corpora biliosa cùm febricitant, plus in ijs alterandis operæ ponendum, quàm in euacuandis. Quod docuit seruus D. de Chaulne, qui licèt benè purgatus, interiit. Potius fortassis potuissent alterantia, quàm insigniter euacuantia. Et id notandum maximè.

In doloribus capitis curandis plus cunctando sæpè proficitur, quàm maturando. Et in paregoricis potius consistendum, & expectandum donec morbus aliquantum maturescat. Cur enim dolores capitis sua non habent tem-

pora, vt & alij morbi? Id declarauit serua D. de Guibbeuille, cuius dolor in capite omnia nostra elusit medicamenta.

In vxore D. Rose mirum fuit, quod pilularum vterinarum, & blandarum vsus dolores excitauit in vtero, in-
 guinibus, suris tibiaram. Ad eò partium istarum maximus est consensus! Et cauendum, ne pigra & inefficacia sint medicamenta, alioqui dolores frustra excitantur.

Humor motus, & non excretus, deterior seipso quiescente.

Damifellæ Dolot, & Claudiæ D. de Bobigny in febre longa futura, opinione nostra, dolor ingens ventriculi. Inopinato vtraque breuissimè conualuit vsu pilularum stomachicarum. Et reuera tollunt quandam causam coniunctam mali. Et idem in contumacibus doloribus stomachi faciendum.

Seruus Gratiani cecidit in caput. Vulnus factum, vomitus satis frequens. Nil tamen cranium lesum erat. Recens erat coenatus. Itaque vomitus in lesione capitis aliquando argumentum debet esse ad maiorem cautionem, quam ad concludendum de fracto cranio. Et hoc notandum est, quia multi hac in re hallucinantur. Sic multis de causis post talem casum potest vomitus succedere, & tamen non erit fractura vlla.

Gener D. de Brezé febricitabat, insigniter tussiebat. Circa quartum diem cæthymata. Nobis non apparebant. Cassia sero data. Multum purgatus. Mando aperta vena. Credebamus impurum sanguinem detractum iri. Syncerus erat, nec enim seruni habebat. Animo defecit post primum ferè vasculum. Temerè quidem secabamus venam. Bilem *axyma* ferè per inferiora deiecit. Iterum atque iterum purgatus, integrè conualuit. In discrimen coniectus est. Et nil tale moliendum. Naturæ totum relinquendum. Tamen cum & purgatus & phlebotomatus fuisset, conualuit. Valuit id quidem experimentum ad sanitatem breuiorem & integriorem. Sed periculosum erat valdè, & minimè imitandum.

Nicolaus Marguenatus mercator caput dolet. Febricula. Astantium errore & negligentia malum augetur. Cerebrum obsidetur maximè. Ferè phreniticus factus est.

II.

Turbatur plurimum, nec potest contineri. Ecce Medicus vt id sedaret, semidragmam pilularum de cynoglossa cum syrup. papauerino, & aqua cardui dissolutarum dat. Soporatus iacet. Tunc manè purgant illum vehementissimis medicamentis, & clysteribus sæpius repetitis. Fortè hoc imitandum, & somnus in tali casu conciliandus, vt ne inflammentur magis spiritus vigilijs ipsis, & vt pertinaces non fiant agri, nisi obstupefacti fuerint medicamentorum vlu.

Admirabilis est historia cuiusdam nomine Bordier, qui iam annum vnum conqueritur de dolore quodam ad ventriculum torminoso. Aliquando mitescit, aliquando maxime sæuit, nec cum dormire finit. Nullis remedijs leuatus est. Metuimus ne aliquando in hydropem siccum incidat, aut planè tabescat. Simile quid passus est ille faber lignarius, de quo antè. Dum disputarem de morbo isto, D. Marecotius historiam commemorauit cuiusdam Sandionysii habitantis, qui post multos & longos dolores tandem in hydropem siccum lapsus est. Huic, apèrto cadauere, glandulæ illæ multæ, quæ sunt in mesenterio, planè aruerant & tabuerant, vnde nullum penè ex alimento fructum capere poterat.

Consul Boyerus sanguinem aliquando vnà cum vrinis excernit. Timeretur aliquid mali. Tamen si vera sunt quæ scripsit Aëtius, minus formidolosum id esse videtur.

Si cui optandum sit, aut corporis calidi & humidum, aut ficci & calidi temperamentum nancisci, dubitet fortassis vtrum malit. Nam calida & humida videmus maxime putredini obnoxia, & febribus à putredine ortis. Facile in eas incidunt, & cum sint ea corpora dissipabilia, facile de sanitatis gradu deiciuntur. Morbi sunt acutissimi, nec eos facile ferunt. Contra sicca corpora & calida non ita facile putridis febribus ἀλιονται (putredo autem maxime est naturæ inimica) & si fortè febricitant, eorum febris lenta est & longa, & tabescunt potius quam acutè laborant. Vnde videas homines multos squalidos, arentes, siccos, strigosos, & quasi σκληρῶς, contra quam multi opinentur, diu viuere: contra; multos εὐσπαρῶς, καὶ εὖ τὰ σάματα ἔχοντες inopinatò opprimi, aut valetudinarios viuere, aut mortè tolli. Et tamen

Cap. 7. sermo
3. tetrah. 3.

An optabilius sit nancisci temperamentum calidum humidum, quàm calidum siccum.

13.

tamen τὸ ὑγρὸν, ἔν τὸ θερμὸν principia sunt naturæ maximè conuenientia, & ijs natura magis delectatur quàm sicco. Immò siccitas longiùs à natura abest, & priuationem ipsius humiditatis, in qua natura opes suas condit, quodanmodo significat.

Quidam gonorrhœam patiebatur. Suppressa est. Adeo humor cuniculos egit, vt perinæon multis locis perforauerit. Et horrendo modo, tamquam per cribrum, vrina illac permanabat. *Historia notanda.*

Alteri vrina, obstructo meatu communi, viam sibi fecit per crura. Et aliquid simile, ni fallor, apud Fernelium legimus in Pathologia.

Notanda historia D. Briçonnet Consiliarij. Diu laborauit. Erat catarrhosis. Difficultas spirandi. Alij referebant ad ζύμων τῆς χυμῆς μελαγχολικῆς, alij ad pulmones. Pulsus erat inæqualis, & valde inordinatus, & perturbatus. Interijt repenti. In thorace magna quantitas reperta est aquæ cruentæ, loturam carnis referentis. Vnde hoc, & quomodo factum fuerit, non est facile coniecturâ assequi. *Historia.*

Mater Domini Hellain in febrem incidit. Orgasmus humorum. Dolor tibiæ implacabilis. Iactatio. Nox inquieta. Mane, cessante veluti tibiæ dolore; sinister lateris dolor oboritur. Difficultas spirandi. Aperta vena. Die sequenti aperta etiam vena. Datum à meridie medicamentum. Ecce insignis pulsus mutatio, cæque terrificæ. Intercisus pulsus, quasi tendens ad caprizantem, inæqualis, inordinatus, aliquantum intermittens. Talis perseuerauit per quinque aut sex dies. Et cum id ab humoris melancholici tetra vapore contingere videretur, non desitum est eam purgare. Purgata est. Pulsus ad suam naturam, & symmetriam redijt. In senibus pulsus mutationes non ita citò nos terrere debent.

Damifella Akarye orthopnoica erat. Magna copia putris pituitæ in pulmone. Purgatione & ventris inferioris, & multa anacatharsi melius habuit. In difficultate spirandi non est formidanda etiam frequens & magna purgatio. *Dyspnœam iuuat purgatio.*

E c ongi

Damifella Boyer laborauit destillatione in gingiuas, & linguam. Serosa erat ea destillatio. Ac quæritur sæpè, an calidus, an frigidus sit humor qui influit. In coryza enim asperitas est sæpè, squalor, & velut adustio quædam, cum tamen materia origine frigida sit. Sed est potius serum nitrosum. Parulis erat, & tanta fuit vis destillationis, vt quatuor dentes concusserit, & mobiles reddiderit. Dolor implacabilis, ne narcoticis quidem cedens. Tandem vi naturæ abscessus est procuratus, qui suppurato alleuatiōnem quandam attulit. Reuera non videtur alienum in parulide procurare suppuratum ad vitandos dolores implacabiles, qui parulidis comites esse solent. Sed & tametsi grauida sit, non timuimus ei dare pilulas etiam scammonium recipientes. Sed obseruauerunt Medici multos catarrhis obnoxios esse, quòd medullam ipsius cerebri delicatam & mollem habeant: Propterea ea confirmanda est, vitanda cruditas, vitandus rerum valdè liquidarum frequens vsus.

Catarrhosi mollem & delicatam habent cerebri substantiam.

Cap. 10. lib. 5. Parbol.

Serua Stephani Colot cœliaca mihi visa est ex ijs signis, quæ proponit Fernelius. Et hic locus ficcè non est prætereundus, quoniam in controuersiam venit sæpè. Et Medici frustra nituntur suppressere. Falsa opinione febris ducuntur, & ad phlebotomiam veniunt. Denique non satis accuratè distinguunt τὸ κοιλιακόν, & λειψτερικόν. Ista autem serua ita erat affecta. Primùm dolor insignis ad os ventriculi. Putabant illam ea in parte percussam, sed frustrà. Iactatio erat assidua, dormiendi impotentia. Quotidie excernebatur copia ingens materiei albicantis, veluti pulticulam referentis. Non leienteria erat, sed erat excretio cœliaca. Etenim ventriculus suo satis fecerat officio, sed ἀνάδδσις erat impedita. Et in hoc iacet discrimen inter leienteriam & cœliacam affectionem. Febris repentè oboritur, tum ob vigilias perpetuas, & labores, tum ob motum materiei tam foetentis, cuius vapor cor feriens, non potest non febriculam quandam excitare. Et in hoc affectu, si maximè aliàs, oportet cunctari, & vires sustinere, vt tanto morbo sufficiant. Talis affectio sæpè obseruatur, ac sæpè Medici quid factò opus sit, ignorant.

*cœliaca
dysenteria
dysenteria*

Obferuauerunt peritiores Chirurghi, vlcuscula etiam leuiffima, immò, vt ita dicam, excoriationses ipfas, in ijs qui olim lue venerea laborarunt, & curati funt; etiam difficillimè fanari. Adeò veteris ipfius fermenti veftigium aliquod remanet, quod mala leuiffima exacerbat, & deteriora reddit. Quod animaduertendum eft, vt cum agitur de curatione vlculculorum, corpora olim ifto tabo affecta obfidentium, ne cum eluferint remedia, alijs corporibus magno profectu & adiumento adhiberi folita, malum ægrefcant medendo; magno eorum, qui talia vſurpant remedia, vituperio & dedecore.

Vlcuscula eorum qui lue venerea laborarunt, difficiliter fanantur.

Quid? Vulgo dicitur quod humor melancholicus præfertim cum naturam malignam acquiſiuit cordi, & natiuo calori eft tanquam capitalis hoſtis. Si hoc verum eft, quomodo tam diu durant & viuunt? Quomodo morbos tam longos ſuſtinent? Quomodo tantas euacuationes, & tam validas ferunt? Illud enim abſonum videtur, calorem naturalem, immò naturam ipſam virulentia ipſius humoris melancholici, aut atrabilarij affici, & tamen tam diu perſiſtere: cum videamus ſolo ſepè vapore aliunde elato vitæ noſtræ filum abrumpi, aut cardiacas contingere ſyncopas, eaque valdè formidandas. Hoc non caret difficultate. A pure aut abſceſſu, aut à grumo ſolo ſanguinis vapor elatus mortem intentat: cur non ab humore melancholico vapor elatus idem faciet? Fortè analogia eft inter vaporem, luis venereæ fomitem, & vaporem à ſucco melancholico aut atrabilario excitatum. Luis venereæ venenatus vapor vim habet non ad diſſipandum, non ad necandum; ſed ad alios quosdam effectus, idque per quandam *ιδιουſκρηνότιαν*: Et tale venenum ad cutim & mufculos natura depellit, vnde iuncturarum dolores implacabiles. At vapor peſtilens, aut à pure, aut à grumo ſanguinis excitatus diſſipat ſpiritus, & propterea alia quadam proprietate nocet, & mortem affert. Idem de menſtruo, & ſemine corrupto, quod hysterica pathemata, non mortem affert.

Humor melancholicus cordis capitalis hoſtis.

14.

Sed & circa melancholica accidentia notare vnum oportet, quod plerique dolores melancholicos patiuntur, quos à catarrho eſſe putant, & ſic decipiuntur valdè.

Vide hiftoriam Mariam Berthier lib. 1. Conſultorum noſtrorum. Conf. 114.

E e ij

Nam & origine, & curandi varietate differunt. Tensiones sunt circum membranas, eæque à flatulenta aura, aut tenui admodum materia, quæ tendit, atque quodammodo diuellit membranas. Potest & serum quoddam malignum id facere.

15. Obseruauit D. Magnus, eos dolores distendentes aliquando mulierem quandam afflixisse. Et cum omnibus remedijs tentatum fuisset, vt ij mitigarentur, tandem desierunt in tuberculum cancrum. Admirabilis est effectus humoris melancholici. Et cauendum est maximè, ne tum cum dolores isti premunt, corpus exsicceamus, imprudenter persuasi, quod talis dolor à fluxione est. Immo est corpus potius contemperandum & humectandum. Et in hoc falluntur, vel etiam experientissimi homines. Testis Maria Berthier, quæ humectata melius habuit, quàm siccata; exhausto multo sero, melancholicam naturam adeptæ. Quid enim impedit, quin humor aliquis in toto habitu eam naturam acquirat, quam habet particularis quidam in parte humor? Et in hoc fortasse decepti sunt Medici in Damisella de la Migenne, cui brachiorum dolores aderant penè arthritici. Sed ea cum senio in dies siccaretur magis, quid mirum fuit, si dolor iste erat potius per desiccationem quandam, quàm per materiæ dominatum? Fortè oleum violarum, litus, & embroche magis conferre debebant, quàm grauius aliquid remedium.

Historia.

Mercatori Bourlon dolores implacabiles ad regionem lienis, & ferè infra ad umbilicum penè. Tumor quidam percipiebatur. Tandem interiit. Non credebant dolorem esse nephriticum, & tamen erat. At situs doloris & partis decipiebat. Aperto cadauere, inuentus est ren insignis, loco dimotus, & ad regionem lienis, aut natura, aut aliqua alia vi (si credere fas sit) detrusus. Sic imposuit valdè Medicis. Idem contigit Cardinali à Guiffa. Curabant eum splenicum pro nephritico. Ren quadruplo maior erat, quàm à natura esse deberet.

Acetum membranis nouissim.
Monspeffulani fugiunt acetum in oxyrhodino, & ijs quæ somni conciliandi gratia adhibentur: Aiunt enim

membranas ferire, & sic potius vigilias excitare, quàm somnum inducere. Hoc annotauit Aëtius ex Archigene.

Quidam in oppido Sandionysiano tympanite interijt. Glandulæ mesenterij planè auerant, vt sicci hydropis causa inde accersenda foret.

Mulieres vino deditæ maxima ex parte à cibis abhorrent, & morbis detineri solent curatu difficillimis. Arthritidi sunt obnoxia, contra Hippocratis sententiam, catarrhodes sunt, doloribus capitis opportunæ. An quia corpus earum est δυσδιαφόρητον, & idem non contingit viris, præsertim quibus spiracula cutis patent? Admirabile enim illud est, quod scripsit Hippocrates. Raritas cutis ad perspirationem, quibus amplius aufertur, saniores sunt. Densitas cutis ad perspirationem, quibus minus aufertur, morbidiore. Qui probè perspirant, debiliores & saniores sunt, & à morbis facile reconualescunt. Qui malè perspirant, priusquàm ægrotant, fortiores sunt; ubi autem ægrotarunt, difficilius à morbis reconualescunt. Et hæc ratio adduci potest ad eum locum, in quo quærebamus de corporibus seruorum & seruorum in præcedentibus.

Mulieres vino deditæ
grauibus morbis obnoxia.

Lib. de aliment.

ANNOTATIONES.

1. **Q**uari potest, an materia sit ita effera, vt vulgò creditur? Cur enim suppurat? Καρὸν δὲ ἐστὶν ἡ ἰσθμὸς ἰσθμῶν ἐν τῇ σπλάγχνῳ, ἣν ἡ φύσις ἐπιπέμπει ἐν τῇ σπλάγχνῳ, ἣν ἡ φύσις ἐπιπέμπει ἐν τῇ σπλάγχνῳ. Cur enim ista suppuratiō officere videtur. Item cur refrigerantia intrò sumuntur, & tamen tantopere à frigido cauemus? Officere enim videtur.

2. Annotauimus lib. I. Epid. que incommoda afferant ista exanthemata popularia. Id in filio Puthomme Notarij obseruatum, cui penè sideratum brachium. Applicatio cataplasmati ex mithridatio valet. Hoc explicauimus antè lib. I. Epidemiorum nostrorum.

3. Vnum præterea est animaduertendum, in quo grauiter peccari solet: Nam in febribus continuis, urinis aliqui apparentibus satis laudabilibus, sanguis colore & substantia vitiosus demitur. Et putant esse confusam urinam. Hinc ex

sanguinis vitio malè sumunt indicationem detrahendi sanguinis. At errant. Nam cum in statu morborum perfecta est urinarum concoctio, nec dum euacuatio excretioque contigit noxij humoris, urina non confusa apparent: & tamen ob agitationem, que fit in succis qui in venis continentur, sanguis ita illaudabilis apparet, an ideò detrahendus? Erras, si id credas. Pratercà cauendum, ne confundas urinas perturbatas cum ijs, quæ vulgò confusa dicuntur. Nam confusa venam secari iubent, non autem turbata. Et in hoc sequendus Fernelius.

4. Hoc fortassis ab oppidò paucis est obseruatum. Et eo consilio fortè quadam mulieres adhibent vincam-peruincam ad sistendum sanguinem.

5. Huc accedit historia Gratiani, cui pleuritico mirum in modum profuit euacuatio multa per aluum facta.

6. Ophthalmia in illa paupere familia erat contagiosa. Nam & uxor, & maritus, & omnes liberi affecti sunt.

7. Cur è brachio potius demebatur sanguis, quàm è maleolo? Nam si repulsio & repercussio ledit, cur non reuulsio, & retractio intrò? Nisi quod repercussio nil euacuat, sed reuulsio & retractio euacuat, presertim cum per phlebotomiam fieri solet.

8. Et si vomendi molestia adsint, vel nausea, & si iactatio multa, urinà aliquid indicante, (quanquam in hoc affectu sæpè in pueris sunt fallaces) tunc de lapide in renibus vereri oportet.

9. Phlebotomia retardat suppuratum, vt patet de homine Halicarnassensi 7. Epid. cui auris dolebat.

10. Tussis signum est ecchymaton erumpentium. Sic falli non oportet, sed singula alia signa conferre.

11. Est enim ubi in febribus etiam continuis valet retractio sanguinis, est ubi non valet, quicquid contradicat Galenus. Prouocatio enim alui, & pulsuum immutationem affert, & febrem iugulat.

12. Id factum de Aëtij consilio, ex sententia Philumeni Medici. Nam narcoticorum & somniferorum usus in eiusmodi affectionibus amplectendus.

13. Galen. comm. ad Aphorism. 44. lib. 2. Aphor. expli-

c' quid sit gracile habere corpus, & crassum. Crassum enim corpus ταχέως ατατον est. Non ita gracile. Minus illud quod in medio consistit. Vasa enim ampla sunt. Et licet impinguescant, non ita calor naturalis patet extinctioni. Graciles vero offenduntur à causis externis. At videmus eos qui succalenti sunt, & multis iusculis cibisque humidis vtuntur, in ingentem molem excrescere: & hi morbis sunt obnoxij. Porro videtur magis è re sanitatis esse, si corpus potius siccetur, quàm si humectetur. Quoniam plurimi in hoc sunt, vt consulant potius humectationi, balneis, crebro iusculorum usu, & alijs humectantibus, si multum seri succrescit, & dum putrescit, morbos & virus parit. Sed vt concedam istam humectandi rationem commodo valetudinis procurari, est vbi mediocritas seruanda est. Nam ista foris humectantia, aut non generant tale serum, quale morborum parens dicimus, aut humiditatem nescio quam benignam, & difflatu facilem pariunt. Sed sunt corpora, quæ ex se, & in se generant tale serum biliosum, quod quidem dolores, orgasmum, saniem, ichorem, virus generat. Vnde quibusdam vlcera sunt dysepulotica, alijs non. Et multi in hoc decipiuntur, & errant. Reuera corpora sicca & diutius durant, & minus sunt morbis obnoxia, & sunt expeditiora, & ὑγιεινότερα. Vnde illud vulgare, Il est dispos comme vn Biernois: & tamen isti homines sunt fere omnes squalidi, & intractabiles.

14. Materia & vapor materiei cancerum committentis, non tam domatur & vincitur à natura, quàm sanguis aut bilis: & tamen vapor elatus ab abscessu, & pure laudabili, potius hominem necat, quàm qui à cancro est. Quomodo id fit?

15. Postquam enim sanæ intulerunt symptoma: & vagati sunt dolores, præsertim distendentes, si aut cancer, aut aliquid simile oriatur, cessare facit id genus dolores. Vnde non mirum, si hypochondriaci varios in varijs partibus habent dolores: & maximè patiuntur, si corpus sit densum. Quod si quid erumpat aliqua in parte, alleuantur. Sin minùs, non cessant conqueri, nec alleuationem vllam percipiunt.

16. An à siccitate dolor esse potest? Acrius lassitudinem à siccitate esse docet, & dolorem dentium à siccitate.

VER, ET PRINCIPIVM ÆSTATIS

Anni Domini 1578.



I.

HYEMS non ita infalubris fuit, licet suam temperiem non omninò benè seruauerit. Et cum Auster circa finem hyemis perflauisset, deinde ueris initio Aquilo dominatus fuisset per dies aliquot, malè morati morbi in hominum genus inuasere. Præsertim uerò dolores capitis acerbissimi. Nescio quo pacto à dominatu aut Austri, aut alius cuiusdam signi serum malignum & indomitum in animantium capitibus generatum fuerat, quod uirulentia suæ argumenta præbebat, quocumque influxisset, & ubicumque constitisset. Si in fauces, & asperam arteriam influabat, tusses violentas, pruritus quosdam in pectore, & inania tussendi desideria excitabat. Inimò Medici, qui popularis morbi sæuitiam considerabant, eos affectus ei consimiles arbitrabantur, quem olim *Coqueluche* uocabant. Saltem magna erat affinitas. Nullis cedebant remedijs tusses. Ophthalmia sæuissimæ, dentium dolores, ardotis sensus in capite maximus. Dolores lateris, maximè sinistri. Nam pro quatuor ægrotis pleuriticis, quibus latus dextrum affligebatur, quindecim aut plures latus sinistrum dolebant. Quod qua ratione contigerit, obseruatione quoque dignum existit. Idem obseruauimus alijs annis, ut lib. I. Epidemiorum nostrorum scriptum est. Multis gingiuarum inflammationes contingere, & faucium dolores. Denique & tusses istæ inanes valdè laboriosæ, & ophthalmia, & laterum dolores populariter grassabantur,

grassabantur, & pauci admodum fuerunt, quibus aut dolor capitis, aut coryza, aut colli & cervicis dolor, aut aliquid simile contigerit. Et quod mirum fuit. Qui humor per nares excernebatur, licet frigidus sentiretur, tamen exurebat & exulcerabat partes per quas fluebat, vnde dolor intolerabilis. Maximum remedium fuit in phlebotomia, ob inflammationes & pulsatiles dolores, quos talis bilis aut serum biliosum excitauit. Sic idea differebant multi dolores, ab ijs doloribus quos alijs temporibus humor biliosus pariebat. Simile quid obseruauimus contigisse, in hoc ipso libro, cum loquebamur de specie cuiusdam siriaeos, quæ capita multorum affligere visa est.

Filiæ Beasaldæ, vt & matri, nescio quis humor insitus est, qui symptomata affert incredibilia. Aliquando exitatur nescio quis vapor, aut humor vaporosus, & flatulentus, & malignus, qui partes, in quas repit, manifestè tumefacit, cum suffocationis metu quodam. Manus intumescunt adeò manifestè, & multum, vt caput ferè magnitudine referre videantur. Sectio profuit. Et usurpari illud potest isto in loco, quod scripsit Hippocrates; Flatuositatem sectio venæ soluit.

*Hipp. lib. 2.
Epid.*

D. de Boissy dolens latus satis docuit, quod à medicamentis dolores laterum, præsertim cum fiunt à fluxione, tantum abest vt iuentur, vt irriterentur magis. Contra, qui laterum dolores principia duxerunt à partibus inferioribus, non nisi medicamentis purgantibus, ijsque validis, adiuuantur.

Dolores laterum à fluxione irriterentur medicamentis.

Ridendum porrò illud, quod vidimus in vxore D. Benart, nomine Soulefour; quæ non tam re ipsa, quam opinione laborabat. Ab utero malum esse credebat, & vterum superiora appetere. Nos in aliam adduximus opinionem. Ventrem molliuimus & subduximus. Bellissimè habuit. Simile quid patiebatur cuiusdam Itali scortum & concubina; de qua antè dictum est. Magno alui profluuio; cum alioqui crederet id quicquid esset, vterinum esse, liberata est.

Nobilis vir ferè eodem modo laborabat, quo D. de Longueire, & Petrus du Four. Et cum tuta omnia vi-

*Securitas ni-
mia periculi
plena in
morbis cis-
randis.*

derentur, aut rupta, aut aliter affecta insigni vena, insignis euacuatio sanguinis per aluum facta est. Duo interiére. Tertius superest. Eorum qui interiére multò securiores res videbantur. Credo id contigisse, quoniam sanguis qui hæmorrhagiam per nares afferre debuisset, postquam tumultum fecit, & exitum non habuit, vi rupit sua vasa. Et ex his historijs, perseverante febre licet miti, Non ita securos esse oportet, quin semper aliquid
“ sinistri pertimescamus, vt omni nos calumnia liberemus :
“ multa enim bonos Medicos latent. Id quod Galenus comm. in lib. I. Prorrhethici abundè demonstrat.

Prægnans mulier biliosa, animo satis perturbato ob mariti absentiam, tussi infestabatur vehementiori. Sputum cruentum. Febris. Partui erat proxima. Nos venam aperire verebamur. Tamen maior nobis metus erat inflammationis futuræ pulmonum, aut pleuritis. Vena secta: Detractus impurus valde sanguis. Eodem die vitalem peperit. Omnia secuta sunt fausta. Euentus rem probauit.

Quidam pleuriticus non tam alleuatus fuit multiplici phlebotomia, quàm sudoris prouocatione à natura facta. Et reuera grauius ab ijs peccatur, qui nil expectantes, & naturam fatigantes, ægros multo detracto sanguine exinaniunt. Id docuit illa mulier in domo viduæ Colot tonsoris, cui alij sanguinem detraxissent, nos alia arte ei sumus opitulati.

Vxori D. Scaronij memorabile id quod contigit. Repente phlyzacia oboita. Delirium. Oculi ardentes. Matris obitum ægrè tulerat. Proxima erat mensium eruptio. Iniecto enemate omnia sunt sedata.

*Caluitium
ab intolerabili
capitis
dolor.*

Damifellæ illius viduæ filius intolerabili capitis dolore vexatus est. Id fecit parui mater. Vi doloris & humoris maleficio caluitium contigit.

Nobili viro mirum quid contigit: Doluit latus. Chirurgus imperitus tutuduit aliam venam ab ea quæ dicta fuit. Aperuit cephalicam. Inde imbecillitas summa secuta est. Dolor auctus est. De funere cogitabatur. Non terruit nos ista infirmitas. Multa egimus periclitando.

Seçta alia vena semel atque iterum. Dolor quieuit. Dein de recruduit. Credo quod deterior fiebat detractiõne sanguis, quod non tam in venis, quàm extra venas contineretur. Præter spem conualuit. Multa sanè audenda sunt.

Multis in latere dolor est. Particula quæ dolet, non videtur esse tanti, vt propterea mittatur sanguis tam audacter, & simul solliciti adeò de dolore paruam circúscriptionem habente. An non fortè idem iudicium haberi potest de particula illa thoracis laborante, quod & Hippocrates habuit de eo, cui pars fœmoris, & pedis pollex dolebat. Id parui momenti videbatur. Tamen inde mors est infecuta. Et Galen. comm. in hist. de eo, cui pollex pedis dolebat; miratur cur Hippocrates omiserit phlebotomiam. Magna id contemplatione opus habet. Nam cum natura suis viribus vsa conatur aut materiam, aut virus quoddam à se se depellere, aliàs in emunctorijs partium, aliàs in crure, aut in capite aliquod signum edit depulsionis istius materiæ. Vnde aut epinyctis, aut phlegmone, aut phlogosis apparet, tanquam morbi prænuntia, nisi tu ipse aliàs prouideris. Et quod in istis partibus facit, idem in thorace fieri potest. Hinc frustrà ad defluxionem id mali refertur. Sed fit per translationem à parte in partem, velut orgasmo quodam. Et audacter sanguis mittitur, aut purgatio instituitur, cum in bubonibus aut in alia parte apparet signum aliquod translationis materiæ, non tam fortè quantitate, quàm qualitate peccantis; si possis conijcere aliquid simile causam esse doloris lateris, intrepidè ea præstabis quæ diximus. Ac nonnulli Medici hoc parum animaduertentes, de isto dolore parum sunt solliciti, minimè rati particulam esse materiæ defectæ, & decisæ à maiore materiæ mole: ac interim inopina morte multi præuenti, occasio fuerunt, cur in infamiam & dedecus incurrerint.

Neptis D. Valetoni historia est commemorabilis. Splenis corpus incumbere vesicæ deprehensum est, & factis contumaciter adhærebat. Olim fœdis coloribus laborauerat, nec non tumorem passâ fuerat, quem aniculæ

Historia.

vocant *le Carreau*. Valdè cacochyma erat, carbones illi in delicijs fuerunt. Κακόχυμα erat. Furtim compressa est. Tumorem tantùm ventris esse credebant. Secta in malleolo vena. Data medicamenta. Vterum ad legitimum pariendi tempus gestauit. Æger fuit partus. Ipso enitendi tempore extincta est. Aperto cadauere, reperiuntur ventriculus σφακελώδης. Lienis locus naturalis erat vacuus. Circa regionem vesicæ latebat lien. Putabatur à suo loco delapsus laxatis ligamentis. Nunquid idem Damifellæ Pagevin contigit? Præceps enim deuolutio quam ipsa persensit, magnam fidem facit.

Varia tardioris alui causa.

Vulgata est multorum querela, quòd eis aluus nimium astricta sit, nec nisi tertio quartove die deiiciat, aut tardius multò. Multæ solent assignari tardioris alui causæ. Vna vulgaris est, & quam oppidò pauci animaduernerunt, aut ciborum parcitas, aut pastuum longa intercapedo. Interest enim multum inter cœnam præcedentis, & prandium sequentis diei. Tempus enim medium est horarum sexdecim, plus, minusve. Quod tempus plus æquo satisfacit cœtionem, & distributionem alimenti. Nisi fortè quædam corpora obiciant, quibus calor naturalis imbecillior non tam facile suum facit officium. Sed generalius nos id totum pronuntiamus. Atque dum tantum temporis interest, præsertim si vitæ ratio satis moderata, & calor naturalis satis bonus est, siccantur fæces, calor naturalis augetur destitutus aliqua ex parte præsentem pabulo, atque ita augetur, vt iam defectu alimenti se se augens, caloris contra naturam vim induat atque repræsentet. Id quod multis argumentis potest deprehendi. Melius cum alijs agitur, quibus aluus quotidie, aut bis die soluitur. Hinc enim multi arcentur ac fugantur morbi. Et qui cibis potuque frequenti vtuntur, non ad necessitatem, sed ad voluptatem, iis crebro magis ac profusius aluus descendit. Vt videatur magis è re naturæ esse, temperantiæ limites parum egrediendo, paulò crebriore potulentorum & esculentorum vsu alui libertatem procurare, quàm strictiore ac religiosiore victus ratione densitatem adstrictionemque alui causari, dolorum iuxta ac morborum pa-

rentem. Nec tam ipsius necessitatis legibus obediendum, quin aliquando voluptatibus ipsis inferuias. Quod enim summus vir scripsit, *Corpora cum purgare volueris, fluida facito*; Id non solum in solennibus purgationibus tenendum sancendumque est, verum in quotidianis, & à natura institutis excrementorum euacuationibus. E cerebro mucus plerisque non exit quotidie mane, nisi aut præsumpto cibo, aut potu, aut aëre præhumentante, aut narium affusione aquæ humectatione. Pituita non facile extunditur, priusquam arteriam re aliqua liquida præhumentaris. Vnde plebeij, & proletarij homines, quibus non tam curæ est, quomodo vitam in posterum sustentent, in diesque viuant, quàm vt quotidie manè lagenam, aut suum poculum vitreum vino impleant, in diemque viuant, vini albi aut alterius dragnis aliquot ebibitis, (verbū enim eorum *πολιτικόν* est) multam pituitam è pectore extuffiunt adeò facilè, vt id eis sit magnum ad fugandos morbos remedium. Ita enim se facilè putant aduersus omnia incommoda aëris *θαρσύνει*. Quod eum ita sit, quemadmodum in procuranda quarundam partium exoneratione aliquid sumi debet, quod fluidam lubricamque partem reddat: ita vt alius aut quotidie, aut non ita tardè deiciat, cibo frequentiore corpus, atque adeò alius ipsa proluenda est atque humectanda. Aut desinant lassas Medicorum aures ita crebris querelis infestare.

Notanda historia, quam D. Mareseotius narrauit. Cuiusdam pugio pectori adactus fuerat: Ante tempus, nulla aut exigua facta per os & vulnus excretionem, cicatrix induta est. Dies aliquot visus est restitutus. Febris. Difficultas tussendi, & spirandi. Potius de funere, quam de remedijs quaritur. Inito consilio, & ijs quæ præcesserant expensis, tandem inter quintam & sextam costam plaga facta est, pus eductum plurimum. Conualuit.

Notandum quod contigit vxori D. Guillon quæstoris Regij. Illi dolor obortus est in mamma sinistra ab aliqua suppressione lactis, vt conijcere est. Tumor erat: Disparuit. Saltem nil foris eminebat. Non desijt dolere ea pars, quamuis nil foret conspicuum. Macrescebat in dies.

F f iij

Fluida corpora reddenda sunt pharmacis, cum alimentis, & victu quotidiano.

Cur proletarij, & plebeij homines salubrius viuunt, quàm ij qui exactam vitam legem seruant, & intra temperantiae limites consistunt.

Historia.

*Palpitatio-
nis cardin-
ae cause.*

*Ve in diar-
rhaea, ita in
vomitioni-
bus sistendis,
aut sinendis
magna cau-
tio adhiben-
da.*

*Phlebotomia
dolori ne-
phritico con-
fert.*

Nil proficiebat. Languerat. Palpitatio cordis insignis: Vnde ea oriretur, dubitabant. A liene repetebant illam. Accersitus D. Duretus mali originem altius repetit, & rimatur. Omnis palpitationis cardiacæ causam aut in oppressione, aut in excussione ponit. Illa est cum malum in corde ipso est, aut circum cor. Vt cum nimia aqua inter pericardium creuit, aut cordi pericardium adhærescit. Hæc excussio cum aliunde est. Aliqua erant argumenta mali non nascentis & orientis à liene. Sequebatur ergo vt in thorace, & corde causa mali foret. Tandem collectum est, parte interiore abscessum latere, qui nisi aperiretur, mortem repentinam esset accersiturus. Contra multorum opinionem ea parte septicum admouetur. Actis aliqua ex parte cuniculis pus manauit multum. Miraculo conualuit. Initio huius libri consimilis est historia de puella, cui erat similis pulsatio in mamma sinistra.

In vomitionibus sistendis aut sinendis multum à pleurisque laboratur. Videtur enim eodem modo conari natura in euacuatione materiei, regionem ventriculi occupantis, quo & in ventre inferiore euacuando, aut in cerebro repurgando. Et quoniam molestus est vomitus, inclinatur post Medicos, vt omni arte sistant vomitum. At non nisi vitæ dispendio de vomitum compescente remedio decernitur. Vt enim aluum liquidam, & diarrhoeam sistere sæpè exitiale est, ita quoque & vomitum. Et prudenter Medici faciunt, qui vomitum vomitu, secundum Hippocratem, curant.

Domina Brizart vidua satis docuit, quod dolores lateris, præsertim cum ferè ad clauiculam pertinent, potius egent anacatharsi, quam phlebotomia. Idem in Domino Sangermano, & in filia illustris Dominae de sancto Amando obseruatum est.

Abbatis D. de Saugny prompta solutio doloris nephritici detracto sanguine, pulsu pleno & magno, declarauit quod ad compescendum motum humorum, ad renes laborantes se se inclinantium, nil prius sit phlebotomiâ, quanquam affectus ipse, quatenus talis est, hoc remedium non exposcit. Sed Galenus in lib. de renum affectio-

nibus, hoc remedium valdè commendat.

Vxor Adriani Vallæi, tota febriculosa, cùm peperisset agrè, in morbum incidit valdè grauem. Magna & aquarum & sanguinis fuit effusio. Clinica mulier, alimenti copia volens istam euacuationem compensare; febre auxit, cruditates attulit, hincque speciem aliquam corruptionis. Octauo die cùm aluus satis liquida foret, datus est bolus ex conferua rosarum cum rhabarbaro: Hoc medicamento, humor biliosus, concauo hepatis conclusus dum motus est, tantum incendium, tantus calor apparuit, vt illa penè conflagrare videretur. Hinc aucta in dies febris, multa symptomata terrificam apparuerunt. Tandem post phlebotomiam vnam atque alteram, & purgationes satis frequentes restituta est. Docuit nos historia hæc, in-tempestiuam cibationem longorum morborum parentem esse.

*Cibatio in-
tempestiua
morborum
magnorum
parentis.*

Quibus corpora compacta sunt, firma & solida, ijs dolores lateris sunt curatu difficiliores, & velint, nolint Medici, venæ sectio repetita non confert. Obstructio enim & spiraculorum cutis constipatio impedit, quo minus exhalet corpus. Præterea aëri frigido corpora sua exponunt, nec lecto se continere volunt. Id in multis aegrotantibus obseruauit.

*Corpora fir-
ma, solida,
compacta
vena se-
ctionem non
tolerant.*

Ioanni Montpellier, Apparitori Regio, pustulæ quæ *φλυζάνια* dici possunt, certis temporibus: Hæc erumpere cœperunt ab eo tempore, quo febre quartana laborauit. Admirabiles sunt reliquiæ febrium quartanarum.

*Reliquiæ fe-
bris quarta-
na.*

Nobilis vidua D. de Granville, per sex penè annos postquam febre quartana liberata est, eo ipso mense & tempore quo in istam febrem quartanam incidit, prælu- dia quædam, & *πρωτόδυνα* ipsius febris signa persentit, ac si in eam denuò esset casura. Et admirabilis mos fuit istius febris quartanæ. Pauca admodum, aut nullæ similes vnquam obseruatae sunt. De ea muliere primo libro.

Apud viduam Colot tonsoris vxor cuiusdam Latorni valdè succulenta in febrem incidit. Hæc de genere con- tinuarum. Neglecta est ad dies octo. Pessimè cum ca-

actum est. Nono die punctulae & maculae, culicum mor-
 tibus similes: Comatosa affectio: Incontinentia urinae.
 Quærebamus an præsentè isto comate agendum esset
 aliquid. Tremula, & in potibus substrepens, interijt. Præ-
 termissa primis diebus occasio huius calamitatis fortè cau-
 sa fuit.

Historia.

Vxori Claudij du Four mirum quod contigit. Narrat
 tibiae suae, cum deuolueretur genibus flexis, aciculam fortè
 infixam. Dolor parum quicuit. Deinde recruduit de no-
 ãte. Sanius fuit. Multos menses durauit. Tandem
 signis collectum est os affectum esse. Ita erat. Pyroti-
 cum adhibitum, & emplastrum de ranis. Melius habuit.
 Nondum ossis particulae abscesserunt. Id fuit tale, quale
 à lue venerea fuisset.

Iuxta domum Adriani Valleii mulier pleuritica præter
 opinionem interijt. Cessauit dolor lateris aliqua ex parte.
 Delira facta est. Interijt. Sputa erant biliosa, & corpus
 erat valdè solidum, & sanum videbatur. Et in ea ægra
 verum fuit, quod Hippocrates in Prorethetico scripsit, La-
 teris dolor ex sputis biliosis, si repente absque ratione
 euauerit, in furorem aguntur, part. 5. sect. 3. lib. 1. Proreth.
 Mira est vis humoris morbos committentis. Licet enim mul-
 tus humor crudus congestus sit, hic tamen morbum non
 facit, sed nescio quæ vis maligna, & virus quoddam. De-
 clarat subita mutatio, & transitus morbi in alium. Item
 (quod notandum est) videmus morbos quosdam, vehé-
 mentissimos & lethales creditos, quodam die critico, facto
 abscessu etiam paruo, aut dolore in crure oborto, aut
 in simili parte mitiores reddi. Quasi natura mirum in
 modum sit recreata excussa particula humoris maligni in
 partem aliquam. Id quod historia Ioannis Duteil do-
 cuit.

*Humorum
 casoëthia
 lethales mor-
 bos parit.*

Ista vidua Ioannis Brizart dolebat circa primum in-
 tercostale. Pleuritim esse putabant. Metu maioris in-
 flammationis sanguis detractus. Alij sæpius detraxissent.
 Nos obstinatè à phlebotomia abstinuimus. Incubuimus
 in ἀναγκασιω. Conualuit. Temerè in doloribus ad co-
 stas sanguinem detrahere non oportet. Idem contigerat
 filiz

filiae Dominæ de sancto Amando : Idem Sangermano.

Quid quod videmus eos quibus pulsus validus est, magis sæpè obnoxios morbis, alios quibus pulsus languidiusculus, diutius sæpè viuere. An quia maior resistentia in ijs, quibus pulsus validior est? An quia pulsus iste aliquando fallax est? Nam plerisque ob motus animi præcipites, & satagendi studium, in spiritibus habent conceptam veluti phlogosin, propterea cæteris sunt magis febriculosi? An quia suis viribus fisci plus edunt, & maiora in sanitatem peccata committunt? An quia facile est decipi in pulsus vel firmitate, vel infirmitate? An quia in ijs quos infirmos iudicamus, pars aliqua est princeps, vt pote cor, quæ firma sit & compacta; vnde pulsus non ita se se ostentat? Vel potius dicemus, in ijs quibus vires sunt imbecillæ, non ita validos esse motus, & humorum, & naturæ. Motus autem vis mutationum magnarum causa est, & subitarum translationum de parte in partem. Nisi fortè dicamus, non esse æstimandas vires ex mole. Contrà quibus pulsus debiles, & vires sunt infirmæ, ij minùs sunt de sanitate sua ruti, & minùs in comoda valetudinis peccant, vnde vulgare istud: *Vn pot freslé dure plus qu'un neuf.*

Quid? Non abs re fortassis ἀμαρτοχίται illi, qui audacter sanguinem detrahunt, obijciunt illud de nutricibus, quibus pueri plus quàm vncias sex aut octo, plus minùsve lactis exugunt. Et tamen lac excrementum benignum est, spiritu plenum est, cur non vires tanta lactis suctione dissipantur, quemadmodum frequenti sanguinis detractio? Verùm longè dispar ratio lactis & sanguinis. Nam lactis materia ducitur quidem ad mammas, & ab ijs attrahitur. At sanguis, aliarum partium futurus alimentum, attrahi tantùm videtur. Vt mirum non sit, si multa copia eliciatur lac, nullo nutricis incommodo: Sanguis verò, non ita magna ducatur copia. Accedit quod paulatim lac fugitur.

*Euacuatio-
nis lactis &
sanguinis
differentia.*

Miram quomodo gibbosus iste æger à febre continua, & dolore lateris euaserit. Sexies detractus sanguis. Incredibilis excretio materici, & pituitæ putris qua offerri

erant pulmones. Sudores diaphoretici. Præter spem conualuit. Hinc patet, quod audacter sanguinem detrahere, & anacatharsin procurare confert.

*Vena sectio
suppuratum
retardat.*

Vxori D. de Brezé dolor insignis ponè aures. Parotitis minatur. Quæritur an in hoc casu sæpius sanguinem detrahere bonum? Nam impedire ne ad suppuratum tendat, bonum est. Repellere nocet. Si vena secatur, & aliquid est egressum è vasis, & aliquid paratum est adhuc in partem fluere, retardamus suppuratum, refrigeratur, & crudescit materia. Sic occasio maiorum posthac dolorum datur. Contrà, si primo quoque tempore procuratur suppuratum (nisi fortè malum sit adeò leue, vt nec hinc, nec illinc periculū impendeat) non ita multo sanguine detracto, curatio est & facilior, & breuior.

Idem D. Thiersault contigit. Nam in fœmore obortus tumor fortè suppurari prohibitus est purgatione, & phlebotomia. Et incredibile quantum negotij id attulerit.

Katharina Tiennette laxato cerebro, & viribus omnibus in summa cacochymia intra viginti horas à specie quadam anginx oppressa interijt. Malum neglexerat, nec tanti arbitrata est.

Iste honestus vir ad Diui Pauli ædem, cum primis diebus diligenter curatus esset (id est legitima remedia adhibita erant) dolore ad latus sinistrum oborto, & sanguine planè puro detracto, ferè salutem pollicebamur: sed corporis cacochymia, & febris exigua alleuatio, etiam tantum sanguinis detracto, spem nostram scellit. Septimo die rudimenta erant coctionis. Nono sudor manauit: ac febris nihilo minor quoad illam, ad manum minor videbatur. Sudor aut potius mador toto corpore manauit vsque ad decimum septimum. Quod mirum fuit. Urinæ boni quidem coloris, sed nil subsidens, & ne in medio quidem apparens habebat. Idem contigerat mercatori Antiffiodorensi, de quo in primo tomo Consiliorum nostrorum. Nam sudor iste διαφορητικός per totum tempus sex aut septem dierum nullo profectu manauit. Interijt. Circa istum ægrum duo notare oportet. Prius est, quod

olim lue venerea laborauerat. Alterum est, de detractione sanguinis: An æquum est audacter sanguinem demere, quia putris apparet? Nam perturbatio id facit. Et quamdiu manet perturbatio, tamdiu manet & malus iste sanguinis color. Itaque errant fortè, qui inde occasionem sæpiùs detrahendi captant. Confusio enim & perturbatio in febribus sanguinem malum repræsentat, vnde sudoris eruptione defæcatur sanguis, & sublata ista perturbatione purus, si detrahatur, apparet. In quo plerique aberrare videntur. Dum falsa opinione impuritatis sanguinis, largiùs detrahitur, spirituum fit dissipatio, natura ab instituto reuocatur, & secreticis facultatis vires effæminantur. Nam etiam impurus sanguis spiritu viuifico abundat. Quid si etiam partes eo nutriantur? Vnde videmus multis etiam & sanis semper impurum sanguinem detrahi, & tamen viuunt sani: nisi quod in morbos celeriùs incidunt. Immò cum aliquando animi gratia, & metu alicuius morbi, si sanguinem detrahi voluerunt, is etiamnum vitiosus est, & tamen sani viuunt; nomine sanitatis largiùs sumpto. Quod ad alterum attinet, quicumque lue venerea laborauerunt, ijs consultiùs faciendæ medicina, & alexiteria nonnunquam sunt vsurpanda, quia residet semper aliquid veteris fermenti. Immò etiam leuia vulnera & vlcera sunt agrè curabilia.

Quid quod in morbis quibusdam, vel etiam cum non est commemorabilis morbus, vomitiones sunt frequentes, præsertim si quid estur aut bibitur, alioqui non vomitur? Id experta est lepida quædam Monialis, & innumerij alij. Id declarat irritationem oris ventriculi: Hæc autem & à quantitate, & à qualitate humoris est.

Vxor D. Vandolij cum falsum germen (vt vocatur vulgò) excussisset, secuta est sanguinis immodica euacuatio, vt fieri solet, & vt annotauimus primo libro nostrarum Ephemeridon. Et, quod mirum magis, expurgata est quædam colluies materie albicantis, adeò tetri grauisque odoris, vt ei etiam valdè fastidiosa, & molesta esset. Quid hoc est? Idem in vxore D. Courtillic post abortum vidimus. An illud est, quod Hippocrates in

Prorrhethico τὰ λευκὰ vocat?

Fontanus tumore inflammatorio testis dextri laboravit. Per penem paulò antè excreta fuerat quædam materia aut πνοειδής, aut ρονοειδής. Gonorrhœam metuebamus. A renibus id fuit. Et curatus est.

In historia
uxoris D.
Malanij.

In primo tomo Consiliorum nostrorum annotauimus ex Hippocrate; turpem tristemque calamitatem esse, si eo ipso die, quo datum est medicamentum, aut vena secta, æger intereat. Itaque prudenter agendum est, ne commissi erroris culpa nos artemque nostram dedecoret.

ANNOTATIONES.

1. **O**Mnes que tum vagabantur destillationes, febrem habebant comitem, eamque non mediocrem. Tussis que tum infestabat, erat eiusmodi, ut conatus esset summus, & nil extusceretur, sed vomitus excitaretur, subuerso nimirum ventriculo; aut stillicidia sanguinis, vim passis cerebri venis, orientur. Cessauerunt aliquot dies ista molestia, sed circum mensem Iulium & Augustum acerbiores repetunt, & potius pueros adoriuntur. Quid hoc rei?

2. Non est dubium, quin pars thoracis recipiens partem materiei orgasmo incitata, inflammetur eodem modo, quo partes alia. Vnde pleuritis ea inflammatio propriè dicitur. Et ea translatio, maioris quantitatis humorum signum est. Vnde quibus est infra modum detractus sanguis isto presente dolore, ñ aut vi morbi perierunt, aut diutius egrotauerunt. Nam & pars magis affligitur, & suppurati metus est. Id quod experientia patet.

CONSTITVTIO ÆSTIVA

Anni Domini 1578.



AM antè de æstatis initio dictum est. Sub finem æstatis ijdem ferè morbi qui & antea viguerunt. Æstas flammans & æstuosa fuit. Pueros quadrimestres, decimestres, & paulò adultiores febres adortæ sunt, quæ innumeros sustulerunt. Maximè ista solennis tussis, quæ *Quinta* seu *Quintana* vulgò dicitur, de qua antè dictum est. Huius graua sunt symptomata. Pulmo ita irritatur, vt omni contentione nitens excutere id quod molestum est, nec admittat spiritum, nec vicissim facillè reddat. Intumescere videtur, & quasi strangulabundus æger medijs faucibus hærentes spiritus habet. Cur *Quinta* vulgò dicatur, dubio non caret. Quidam verbum fictitium esse putant per ὀνομαστικῶς, ab eo sono & strepitu, quem edunt ita tussientes. Alij non inde repetunt, sed vocari Latinè tussim *Quintanam* putant quòd certis horis repetat. Id quod experientia verum probat. Nam vacant ista tussiendo molestia aliquando horarum quatuor aut quinque spatio, deinde repetit iste tussiendo παρὰ ἔνσους, aliquando tam molestus, vt sanguis & per nares, & per os vi excernatur. Sæpiissimè subuersio ventriculi contingit. Nondum quemque authorem legi, qui de ea tussi verba faceret.

Ac dubitant an à capite, an à corpore ipsius pulmonis, an aliunde serum, aut ichor, aut ὀρρός, aut ferina distillatio manare soleat. Videtur esse à pulmone ipso. Nam

G g iij

In sequenti-
bus probabi-
les istius vo-
cis etymolo-
gias adduxi-
mus.

plerosque vidimus ita tussientes, quibus post inanem conatum semiputris materia incredibili quantitate excreta est. Vt verisimile sit, eam materiam residem, & ibi collectam istius tussis causam esse. Alijs videtur esse à capite ipso, veluti liquefacto per quandam *διάχυσιν*, ut loquitur Hippocrates. Quid si aliundè? Nam commemorabiles duo sunt loci apud Galenum & Hippocratem, ex quibus elici possit demonstratio horum: Galenus in Epid. sicca tussis causas assignans, statuit primam causam esse exasperationem gutturis, & faucium. Secundam, intemperiem instrumentorum respiratori seruientium. Tertiam, crassitiem humoris. Quartam, humoris tenuitatem. Deinde de humore tenui ita scripsit: Humor autem tenuis per guttur, & asperam arteriam delabens in pulmonem, *φθάνει* *χέει*, id est, anteuertit fundi, ac diuidi, vel antè effunditur ac dispergitur (nam Interpres elegantem vocem *φθάνει* negligenter omisit) quàm à spiritu per tussim concitato excludatur. Quod Thalsijs contigit, utpote capite repleto ab austrino statu, & sic destillationem transmittente omnibus thoracis regionibus. Et ad part. 17. eiusdem lib. scripsit: Quæ destillationes capitis primùm homines rancos ac tussiculosos reddunt, nec tandem consistunt, hæc alteram tabis differentiam afferre solent: Duæ enim sunt eius differentia: vna est ex fluxionibus à capite; altera ex affectibus ipsius pulmonis, maximè post expuitionem sanguinis, potissimum vase rupto: Sæpenumerò verò fluxione impleto pulmone alia de causa ex partibus alijs, non ex capite: Quasi verò aliundè sit *ῥεύμα*, quàm à capite.

2. Locus, meo iudicio, malè Latinus factus est, *πολλάκις δὲ, ἢ ῥευματοειδὲς τῷ πνεύμονος διὰ τινὰ ἄλλω αἰτίαν ἐκ μορίων ἑτέρων, ὅτε ἐκ τῆς κεφαλῆς.* Ego puto *ῥευματοειδὲς* posse explicari, non destillatione affici, sed irrigari & repleti per quendam modum raptus à partibus internis, & per quandam *ῥαπίτησιν*, id est, colliuationem partium vicinarum ipsi pulmone, vel etiam proprii eius excrementi, quod fundi potest ac liquari. His conformiter idem Hippocrates scripsit: Erysipelas in pulmone fit, cum sit nimium reficcatus ab ardore, à febribus, labore

Ad particul.
12 sect. 1. lib.
1. Epid.

Causa praci-
pua tussis
sicca & fu-
ribunda.

Sect. 3. 6.
Epid.

1.

2.

Lib 1. de
morbis.

iii 20

ac intemperie. Nam tunc plurimum sanguinis ad se trahit, maximè ex magnis venis. Hæ enim ipsi sunt vicinæ, & ipsi incumbunt; trahit enim tenuissimum ac debilissimum. Cùm traxit, febris ex eo fit acuta, tussis sicca, repletio in pectore, dolor acutus in anterioribus & posterioribus partibus, maxime circum spinam, nimirum magnis venis calefactis. Vomunt aliquando subcruentum, aliquando sabliuidum. Vomunt pituitam & bilem, & animo linquuntur. Quo loco explicat etiam naturam ipsius tussis molestissimæ, quæ *Quinta* appellatur. Et tussis siccæ occasio non à capite est, vt plerisque videtur; sed aliquando à pulmone ipso, aliquando à subiectis partibus. Quod sit à pulmone ipso, declarat ingens copia pituitæ putris, & semipurulentæ quæ extussitur: Nam si esset sola ferina destillatio causa illius tussis permolestæ, quæ vulgò *Quinta* dicitur, non ea copia incredibilis materiei excluderetur. Quamquam non nego à capite aliquid defluere quod irriter. Quid enim impedit, quominus eo modo se habeat materia in pulmone collecta, quo & ea materies quæ in ventre est? At quæ est in ventre, prout mouetur aliquando, ita tormina & punções alui excitat, dysenteriam, diarrhœam, exulcerationes leues: Ita quoque in pulmone irrat, pungit dum mouetur, & tussiculosos homines reddit, tusses veras excitat, & inane tussendi desiderium. Quapropter errant qui ad caput tussis occasionem referunt. Vel potius ad id referetur, quod cum dormienti destillatio in pulmonem facta est, moram aliquam trahens acrimoniam maiorem acquisiuit. Deinde eo modo quo excitatur in cerebro sternutamentum, materia ista in pulmone tumultuatur, mouetur ac agitur, vnde facultas partis irritata, tussim istam promouet. Cæterum quod irriterur *σευματισμός* aliquis in pulmonem aliunde quam à capite, declarat ingens copia materiei, quæ excernitur in suppurato à casu. Vix enim credat aliquis, quanta illius materiei copia euacuetur, quam non est credibile à capite manare, & tam citò *εμπυσηναι*, sed alijs è partibus ad thoracicas partes affluit. Porro incredibile dictu, quales & quantæ fuerint febres, quæ ador-

Hipp. videtur explicare naturam ipsius tussis, quæ *Quinta* appellatur.

3.

læ sint eos, quos illa tussis vulgò dicta *Quinta* diuexarit; graues, vehementes, inordinatæ & anxiosæ fuerunt. Et licet alius fluat, vix mitigantur, immò ad quandam ma-
 ciem & tabem ægros ducunt. Mirumque est, quod pue-
 ris multis qui fetinis istis destillationibus sunt conflictati,
 ab istis intereundum fuit, & ijs exclusus est paulò ante
 mortem, aut post humor visu terribilis, ac si abscessus in
 cerebro fuisset. Alij interière cum summa difficultate
 spirandi, eaque terribili & immedicabili. Quæret quis,
 an pulmonis venæ possunt esse focus, & conceptaculum
 febrium istarum continuarum essentialium? Possunt esse,
 si credere est Galeno, comm. in librum Epid. primum.
 Porrò vnum annotandum, quod obseruauimus in eiu-
 modi morbis, id est, & febre assidua, & tussi molesta,
 quæ *Quinta* vocatur: corpus intumescit, deinde valdè ex-
 tenuatur. Quod autem corpus intumescat, & coloratius
 reddatur in liquationibus istis, & fusionibus pituitæ, do-
 cet Hippocrates lib. de morbis, & cur id fiat, docet. Item
 quod extenuatio postea contingat, idem Galenus docet
 in Epidemijs, dum explicat, cur Thasij tussientes & ca-
 tarrho acri, ferino & maligno ad extremam extenuatio-
 nem adducerentur. Locus est valdè notandus, & dili-
 genter legendus. Quanquam tumor & eleuatio seu insu-
 flatio cutis potest antecedere extenuationem; quia exte-
 nuationem & contractionem cutis, laxitas ipsius præcedit
 Hippocrati.

Comm ad
 part. 73. se-
 ctionis 2. lib.
 1.

Initio lib. 2.

Calida de-
 stillationes
 extenuatio-
 nem corpori
 afferunt.

Gal comm.
 ad part. 28.
 sect. 1. lib. 1
 Epid.

sectio Em-
 pyicis loco,
 Et tempore
 est pericli-
 tanda.

Iste seruus D. de Villemor, Regij in camera compu-
 torum magistri, commemorabilem sui historiam reliquit.
 Ex curru decidit, læsus est thorace, præsertim dextra in
 parte. Dolores remedijs non cesserunt. Cogitabant de
 sectione inter quintam & sextam costam. Diuisæ sunt
 sententiæ. Tandem vicit pars minor & periclitandi occasio-
 nem captant ex desperatis penè rebus. Applicatum cau-
 terium. Fluxit per dies plus minus viginti aut viginti
 quinque materia saniosa ferè ad pintas quindecim, vt re-
 tulerunt Chirurghi. Conualuit.

Filiola D. Richer, & D. Rose, & Ioannes Connart fe-
 bre continua prehensi sunt cum tussi (quam *Quintam* vo-
 cant.)

(cant.) Comites fuere & tussis, & febris ad tabem vsque. Incredibilia fuerunt symptomata. Colliquatio penè illos contigit, iuxta id quod dictum est antè, nempe de stillationes calidas & acres extenuationem corpori afferre. Præter spem conualuerunt.

Exempla de ferina destillatione, de qua paulò antè.

Iste Latomus in vico de la mortellerie conquestus est de dolore ad nothas costas, qua parte hepatis gibbum contingit. Dicebat se ea parte vini aliquam passum esse, vt contingit istis Latomis, dum graues lapides subleuant, aut loco dimouent. Nec tamen certus erat de læsionis & offensionis modo. Hinc cacochymus factus est. Et nobis ista cacochymia imposuit. Duodecies purgatus scena. Nunquam vidi medicamentum melius voto respondere. Secta vena quinquies. Alleuatio aliqua. Tamen designabat locum iam prædictum. Ego suadebam vt apertura fieret, quod tumor foras prominebat. Alijs visum non est. Tandem vi naturæ ruptus abscessus superiora petiuit. Quinque pelues intra triginta dies materiæ purulenta impleuit. Fœtens erat humor. Syncopæ graues. Incredibilia sunt quæ contigerunt. Tandem solum vertit, & penates patrios visere voluit. Illic tabefactus obiit.

Incertum remedium certa desperationi præferendum.

Iste melancholicus D. Myronijamicus, dum de phlebotomia ageretur, narrauit se in summam virium imbecillitatem incidisse à phlebotomia, vno antè anno facta, & vix refici potuisse. Nos aliquantum id mouit. Et cum videremus necessariò venam aperiendam, aperuimus. Religiosè sanguinem detrahebamus. Nondum pleno secundo vasculo cœpit aliquantum conuelli, & videbatur moriturus. Cum ægri narrant se benè aut malè habere ex phlebotomijs, non est omninò fides deroganda. Testis Mareschalla Dubez.

Credendum sapè est agrotis ipsis de facilitate, aut difficultate in remedijs usurpandis.

Vxori Ludouici Michel dolor implacabilis circa col- lum, & in occipite. Etiam minimo digitorum appressu dolor sæuiebat. Secta arteria temporalis, & vena puppis. Applicatum parti dolenti cauterium. Melius multo habuit.

Applicatio cauterij cauti utilis.

Nobilis mulier Dodyer fluxu sanguinis laborabat. De liquia animi aderant. Medicus imprudens à vacuatione

Effusiones sanguinis in mulieribus,

H h

falsa imprægnationis sepe signa sunt.

Lib. de genit. aut natura pueri.

*Minimè tu-
tus pilulari
ex Mercurio
usus.*

*Hernia gen-
talis.*

*Venarum
varicosarum
apertio tuta.*

esse putabat. At falsa erat imprægnatio. Quoties repente mulieribus effusiones sanguinis adsunt, suspicari oportet de falso conceptu, quem natura abhorret. Id Domina Guerard docuit, de qua antè lib. 1. & sexcentæ aliæ, in quibus frustra laboratum est in sistendo sanguine. Donec enim id quod contra naturam continetur, natura emolliatur ipsa, non is sistitur sanguis. Et grumi multi sanguinis excernuntur. Annotavit autem Hippocrates, melius esse grumofum sanguinem effundi, quàm omninò liquidum ac dissolutum. Ista ægra, de qua hîc agitur, tametsi sanguinem supprimentia data essent, tamen non habuit melius, donec excussa fuisset res in vtero contenta. Id quod notandum, quia hic errari solet.

Mulier quædam pilulis ex mercurio vsa fuerat ad reliquias luis propulsandas. Hinc ptyalismus, & tantus toto corpore ardor, vt metu mortis ob intemperiem, ad sumè refrigerantia & humectantia concursum fuerit. Inde crusta vniuerso corpori inducta est, quæ ipsa integra, magna omnium admiratione, ablata est. Tergora veluti boum imposita esse videbantur. Adeò parum vsus tutus pilularum de argento viuo, quas tamen ab omni vetustate acceptas ferunt.

Procuratoris Domini Tolerom. familia habet aliquid *συγγες*. Sexdecim liberos ex vxore suscepit. Omnibus ferè, aut maiori parti Hernia fuit familiaris recens natis. Ad quintum aut septimum annum durat ea infirmitas. Exacto anno septimo nil amplius tale apparet. An quia relaxatio peritonæi ipsa per se sanatur? Sic cum matres queruntur de hernijs puerorum, non est cur tantopere in hoc curando laboremus. Natura enim est Medicus.

Vxor I. de Boudenier, & D. du Mesnil memorabile quid præstiterunt. Illi in venis varicosis sanguis est collectus, fusæ pici similis. Et cum dolores essent, consilio quorundam detractus est, magna copia, sanguis atramento similis. Ac postea illi optimè cessit. Alteri audio sanguinem nigrum ita concreuisse in iugularibus venis, vt carbones illic impacti crederentur. Vbi venæ varicosæ tur-

gent, euacuatio ista particularis proficit plurimum.

D. de Claigny Canonicus Parisiensis velut leucophlegmaticus erat. Lapidofus mortuus est. An lapidofus ita fieri possunt? Ita. Nam Fernelius annotauit superpressionem & regurgitationem cuiusdam materiei purulentæ à renibus ad venosum genus, id genus symptomatis inducere potuisse. (ap. 12. lib. d. de morb. & symp.)

Vxor D. Godet interiijt longo morbo. Mirum fuit, quod illi contigit. In ventre & abdomine apparebant durities tamquam gongronæ, magnitudine castaneam & duritia referentes. Vnde id ortum habuerit, ignorabant. Id dicebant similitudinem referre eius rei, quæ in lecti apparatu dicitur, *vn lodier.*

Vxori D. de la Trouffe in ipsis excrementis alui lapilli sunt deprehensi. Quærebant an à cysti fellis venissent, an in ipsis intestinis concreuissent, & quomodo. D. Fernelius multa his similia se obseruauisse fatetur. Lapidosa diarrhœa.

D. Bordier, qui annos duos penè integros aluinis symptomatis discruciatuſ est, & doloribus ad regionem ventriculi incredibilibus, mortuus est tandem. Cùm aluus diu antè fluxisset, dolores isti cessauerant, qui declarabant & collectionem tetri humoris, & perennem generationem. Venenum propinatum esse putabant. Aperto cadauere, inuentum est hepar planè albicans, & semiputre. Cartilago xiphoides induruerat valdè, & inferiore sui parte eminebat. Vnde credibile aliquid contulisse ad istum excitandum dolorem. Maximè dolores erant nocturni. Nullis remedijs alleuatus est. Pridie quàm moreretur, per os excreuit atrabilarium sanguinem. Hic veritas Aphorism. 23. lib. 4. deprehensa est. Quibus ex morbis acutis aut diuturnis, vel ex vulneribus, siue quouis alio modo extenuatis atrabilis, siue uti sanguis niger infra exierit, postridie moriuntur.

Filius D. Conart populari illa tussi, quæ Quinta vocatur, laborabat. Febris continua. Incredibilis pituitæ putris copia è pulmone tussi educta est. Mirum non est, si vi talis tussis pueri nequeunt expectorare intereant. Quinta tussis.

Nam opprimuntur materici & copia, & qualitate peccantis pondere.

Vxor D. Dodyer à multis mensibus dolores sentiebat in ventre: Alij vterinum quid, alij mesaraicum crediderunt. Institutus syrupus ex agarico, & foliculis. Multum & vehementer repurgata conualuit. In eiusmodi doloribus audacter purgandum est, nec dolores sunt blandiendi.

Frater vxoris D. Baillon febre non apparente tenebatur. τὴν γλώσσω ἀκαρτίς, quod melancholicum esse scripsit Hippocrates. Taciturnus. Sitibundus. Comatosus & aliquantum lethargicus factus est. Ingens capitis calor. Mortuus. Venæ sublato cranio apparent plenæ sanguine melancholico. Magna satis aquæ limpidæ quantitas in ventriculis reperta est. An id occasio mortis esse potuit?

Quintana
tussis.

Filiola D. Sangermani *Quintana* tussi laborabat. Visa est conualuisse. Recruduit morbus. Ante obitum excreta est è cerebro per nares materia latentis abscessus. Annotauimus paulò antè multis id contigisse tussi populari afflictis, vt filio sororis Philiberti Santueil. An non id ferinæ destillationis occasio esse potuit?

Seruo D. Myron dicenti phlebotomiam sibi semper molestam esse, & nonnihil afferre formidolosum, secta vena est, ad duo vasa sanguis demptus. Horruit, delirauit. Mori videbatur. An non quia nondum erat purgatus diligenter? D. Palmarius existimat corpore impuro, præsertim circum os ventriculi & sinum hepatis, detractionem sanguinis hæc terrificam afferre symptomata. Hoc fortasse non caret ratione. Nam cum repurgata est diligenter pars illa superior, tunc & tutius, & sine magno symptomate demitur sanguis. Quamobrem Medicus aliquando credere debet ægris, vt vel secando venam, vel dando pharmacum restrictior & cautior sit. Idem contigit seruo D. de Souley, I. Blanche: Incepit conuelli post mediocrem detractionem sanguinis.

Sorori Dominæ de Granville fluxio in brachium. Nul-

lis alleuabatur remedijs. Ingrauescebat malum. Datum decoctum sudorificum bis. Conualuit. An non idem in eiusmodi defluxionibus faciendum?

I. de Hansfy, post speciem doloris colici in regione hepatis, dolor oboritur sine febre, saltem non manifesta. Fortè videbatur consentaneum, quod dolor leuaretur, si febris superueniret, per Aphorism. Hippocr. de dolore hypochondrij sine febre. Et peccatur contra eum Aphorismum sæpè. Sectâ bis venâ, & dato pharmaco sæpius, conualuit. Credo quod ab orgasmo materiei biliosæ circum concauum, & gibbum hepatis dolor obortus est. Idem vetulæ Damisellæ Le voys olim seruæ contigit. Dolorem colicum esse credebant. Pro desperata erat. Sectâ venâ bis, & prouocata aluo conualuit. Audendum est aliquid, præsertim arte dictante & ratione.

In Hieremia Tonsoris seruo multa obseruanda fuerunt. Primum erat lentiginosus, & rufus. Ea corpora tetra quadam bile abundant. Et qui humor dominatur, & morbum facit, vix coctionem admittit. Sedari non potuit febris. Hemicrania erat obnoxius. Eius ergo guaiaco vius fuerat. Et decoctum hoc siccitatem, & squalorem summam induxerat. Febris assidua. Vndecimo die dysenteria à prauibile. Non est alleuatus. Macruit omnino. Et tandem in maciem adductus ad diem 24. interiit. Pulmones sunt deprehensi putres. Intestinorum corpus vitiatum erat.

Imbalis virgo insigniter febricitauit. Cum fœdis coloribus laboret, in eius sanguinis massa virus est quoddam. Quarto die menses erumpunt. Omnia deteriora fiunt. Omittitur phlebotomia. Deinde omissæ illius nos pœnitet. Tandem quinto aut sexto die aperitur vena. Proficit detractio sanguinis. Scire oportet, quod si febris non frangitur erumpentibus mensibus, non est differenda phlebotomia; sed statim ea facta danda sunt apozemata ciente menses.

Filiola Damisellæ du Buy vndecimo febris die interiit. Repertus lapis in renibus. Vomebat frequenter. Cum vomunt sæpè, & contorquent corpus pueri, loco non con-

Corpora ruforum, & lentiginosorum tetra bile abundant.

Præceptum therapeuticum.

Vomitibus frequentes nephriticis.

sistentes, de nephritide coniectura esse debet. Et fo-
menta ad renes applicabis. Quod notandum, vt pruden-
tia Medici infantium inbecillitati, & infantia (vt ita di-
cam) humaniter succurrat.

*Mulieris
imprudens
aegrum per-
mit.*

Honestus vir crassus, & succulentus febre capitur. Do-
let regionem hepatis. Datur medicamentum. Secatur
vena. Dum visitur à Medicis, consulunt vt iteratò mit-
tatur sanguis, & sequenti die purgaretur. Imprudens
mulier omnia peruertit. Nam differtur phlebotomia in
sequens matutinum hora septima. Detrahuntur tria san-
guinis vasa. Insciens Pharmacopœus eorum quæ gesta
erant, dat medicamentum. Vires dissoluuntur. Dolor
ascendit paulò altiùs. *πέσιχος*. Sequenti die mors. Impru-
dentia eorum qui assidebant aegro, cum præcipitauit. Nam
morbus erat sanabilis.

*pyralismi
perpetui
causa hy-
drargyri li-
tis.*

Observatione dignum est, Nobili cuidam viro hy-
drargyri litum pyralismi perennitatem attulisse.

*Humores in-
terdum ve-
neni naturã
adaquant.*

Vxor Claudij Bombard repente in leipthymiam in-
cidit. Sequenti die mente mota est. Opportuna est te-
træ destillationi in genam sinistram. Erat quoque quæ-
dam anxietas, & ægritudo. Ad se redijt adiuta reme-
dijs. *Παύσα παραξύνη*. Tamen restituta est. Mirum
quomodo venenatus humor in nobis generetur; tam citò
mentem percellens.

Ioannes la Ville cum de dysuria quereretur, nec non
vnâ cum vrinis pituitam veluti in capillos ductam excer-
neret, immò mictio esset sæpè cruenta, de calculo opinio
fuit. Catheter immissus. Lapis non deprehensus. Vsu
blandorum medicamentorum & hydromelitis assiduo sa-
natus est. Vinum album frequentissimè in partibus bibe-
bat. Quæ causa fuit traducti in vias vrinarias phleg-
matis.

*Vermes etiã
in adultis
serificis ex-
citant sym-
ptomata.*

Castilius Mercator febre continua laborabat. Appa-
ruerunt symptomata terrificæ, præter rationem & morem
febris. Manebat velut caroticus aut comatosus. Desperata
omnia. Medici nesciebant quò referrent causam tam sæ-
uorum symptomaton. Vocatus Gorraeus, quo iudicio va-
lebat, præsensit id à vermibus fieri. Contra vermes pu-

gnatum. Cessauerunt ea symptomata. Etiam in viris suspicari oportet de vermibus, vt in pueris.

Faber tignarius ex alto in sinciput incidit: Læsum erat os & fissum. Capitur consilium de admouendo modiolio. Admotus est. Media tantum sui parte os erat fissum. Itaque licet trepanum non fuisset vsurpatum, nil perinde erat periculi. Et tamen quis quærat: nonne & ratione interioris cuiusdam contusionis caput fuit aperiendum? Fortassis. Et tamen ob ea incommoda quæ offis apertionem sequi possunt, maturius consilium capi debet, cum agitur de trepano. Et nostri Chirurghi vt aliquid agere videantur, satis facillè id vsurpant remedij.

Multis difficultas fuit vrinæ, quod corpus vesicæ aut crassius fuerit, aut quod multa pituita corpori vesicæ adhaerit, vnde aliqua ex parte occupata fuerit capacitas ipsius vesicæ, & sic pauca vrina contenta fuit. Id verò vitij maximè iis contigit, quibus carnositas aliqua in vrethra fuerit. Nam tenuior & subtilior pars materiei excreta fuit per penem: crassior verò remansit, quæ obhaerescens id symptoma attulerit. Et huius dysuriæ, & breuis mictionis causa ignoratur. Id Domino Le Veau contigit. Medici putabant esse calculum aut resolutionem aliquam. Et id nisi diligenter animaduertitur, datur occasio generationi lapidis vtendo diureticis, & perperam falsa calculi opinione vtimur ijs, quæ frangunt calculum, cum dysuria à veteri carnositate fortasse fuerit.

Dysuria à veteri carnositate calculi opinionem facit.

Misellus iste Bidaut, qui carcere nouem annos conclusus fuit, vlcere tibiæ infestabatur, herniosus quoque erat. Vlcus consanuit. Aliquot post diebus cum è lecto micturus surrexisset, concidit ob deliquium animi. A casu febris. Facta est singultiens febris aut ob casum, aut ob ramicem, aut suppressum malignum serum ab antiquo vlcere. Septimo die interiit singultiens. Notandus iste morbus.

An verum illud quod vulgò iactatur, morbos qui adoriuntur puerperas, siue in puerperio ipso, siue quamdiu veluti spectacula vulgi, in lecto decumbunt, aut ægrè solui, aut præcipites dare ægras in periculum. Et nos vi-

An morbi qui adoriuntur puerperas, periculosi, vt vulgò creditur.

dimus plerasque de catarrho, aut dolore capitis, aut tintu aurium post puerperium, aut tempore puerperij incidente, conquerentes, quæ idcirco sibi malum immediabile & esse, & videri crederent, quod ea occasione natum foret. An id verum est?

D. de Longueire dolore capitis periodico vexabatur, quomodo & plerosque alios laborauisse obseruauimus. Magna alui subductione, & sanguinis detractione liberatus est. Iuuit quoque & cataplasma anodynum ex mica panis.

Filiolus D. Coiffart tumorem quendam vagabundum patiebatur. Tandem pedes appetiuit. Nutrix litu discutere voluit. Superiora petiuit. Febris, difficultas spirandi, mors. Hippocrates libro de aëre, & locis, meminit hydropis testium in pueris recens natis, ob usum aquarum crudarum. Hic morbus aliquid affine habet. An non si flatus iste ad imas erumpit partes, hic cohibendus est?

Nobili viro sursum sanguis vomitu exclusus est satis floridus; deorsum, qualis pix. Defectiones animi. Et tamen conualuit, præter Aphorismi autoritatem.

Si retinentur menses, & febris oboritur, an non sectio venæ in poplite, aut malleolo facienda? Tamen vulgò secatur vena in gibbero. An non id præter rationem est?

Castilij seruo febris oborta, dolor incredibilis ad sinistram colli partem, ad humerum vsque pertinens. De phlebotomia consulebatur. Videbatur ex opposito potius facienda metu attractionis in partem. Contra factum est. Statim est alleuatus. Detractus est vitiosus sanguis. Fortè id non imitandum. Quanquam ex opposito latere parum confert.

Vxor Domini Dhierres quo die nupsit, ex retentione vrinæ præ pudore grauissimè habuit. Dolor enim ad vesicam & vterum pertinebat, & stranguria fuit. Magna inflammationis suspicio fuit. Tamen malum intra dolorem fuit, vt Celsus loquitur. Venæ sectione curationem recepit.

*Malum esse
intra dolore.*

D. Delaulbe

D. Delaulbe maximus natu dies aliquot impurgatus, ægrotabat. Febris assidua. Delirabat perpetuò, sed eius desipientia intra verba erat. Videbatur animam agere. Tamen multùm purgauimus illum, & cacochymiam excogimus. Liberatus est. Non oportet terreri metu infirmitatis, cùm ea potius à copia, aut cacochymia humoris pendet, quàm ab inanitione.

Infirmitas cum à plethora & cacochymia, cum ab inanitione.

Domina Dubois febre assidua laborabat, cum dolore paulò supra hypochondrium dextrum. Inuasio morbi fuit terrificata. Menses suppressi. Suppressum & sanatum vetus in tibia vlcus. Ignorabant tamen Medici. Victa malo ars nostra fuit. Fortè si suppressionis virulentæ materiæ ex vlcere manantis ratio habita fuisset, non ita oppressa & extincta fuisset. An non referare tibiam oportuisset, & emissarium facere?

4.
Ansiqua ulcera ad cicatricem adducta ad motu ruptorio aperienda.

Quæstio est, an non tutò in angina, conclamatis omnibus, in gutture foris sectio fieri possit? Periculosum id quidem. Sed dummodò id fiat à perito artifice, qui norit nervos recurrentes vitare, id periculo vacat. Certam autem salutem pollicetur. Satius enim est anceps tentare remedium, quàm nullum. Et fortassis hoc omittitur præsidium magno ægrotantium incommodo. Fortassis idem & in pleuritide factitari potest inter quintam & sextam costam. Exigua enim puris euacuatio magna affert comoda mortalibus.

Penarum guttura apertio angina prodest.

In morbis malignis potius in alterationem per alexipharmaca incumbendum videtur, quàm in euacuationem. At dicet quispiam, videmus ijs qui laborant febribus malignis, & morbis id genus, urinæ magnam contingere excretionem, aluum multis & biliosis ferri excrementis, morbo præsertim ad crisin eunte; idque eodem modo fieri, quo videmus in alijs morbis euenire, in quibus simplex putredo vitium facit. At dicendum sciendumque est, eam quæ contingit excretionem, non tam moliendam esse, quàm naturæ opitulandum, & oppugnandæ malignæ qualitati studendum. Tales enim humores, etsi fortassis sunt eius qualitatis participes; hi tamen non tam per se ipsi morbum alunt fouentque, quàm extraneæ quædam

Maligni morbi egent alteratione, potius quàm euacuatione.

putredo, & qualitas maligna ordinariam putredinem sua malignitate superans. Sic agendum primum cum maligna qualitate. Deinde cum fracta domitaque fuerit, cum humoribus agendum. At dices, ut in lue venerea multa tentatur excretio per cutim & aluum, licet potius luis venenum qualitate infestet, quoniam coëffunditur humor bonus fouens, tanquam subiectum, istud virus; sic in morbis malignis fieri debet. Quanquam credo à multis grauius peccari. Et non abs re Hippocr. τὸ θεῖον in morbis obseruandum putauit. Id est, videndum esse Medico; num præter humorum solitam putredinem, sit aliquid quod propter putredinis excellentiam aliam curandi rationem postulet. Est enim vbi vacuare & coquere oportet, est vbi alterare oportet, id est, oppugnare alexiterio. Si enim insignis aliqua sit euacuatio, vbi in virium robur & qualitatis malignæ euictionem incumbere oportet, hinc grauius peccatur, & in perniciem ægri struuntur insidiæ. At difficile cognoscitur ea maligna qualitas. Difficile quidem. Sed vitalis facultatis status id facile indicat. Quanquam qui morbi oppressionem causam sui agnoscunt, aut in quibus bilis tumultum facit, osculumque ventriculi infestat, sæpè similitudine symptomatum nobis imponunt. Hinc autem experientissimorum expectatur iudicium.

Bilis os ventriculi infestans vitalis facultatis robur infringit, ut maligna qualitas.

Suppressio lochiorum de terrior mensiū suppress. & cur.

Suppressio menstruorum etiam trium aut quatuor dierum molesta est; in conceptu saltem cum infans fruitur, non est. A partu lochiorum suppressio statim necat. Quid id rei? Quia aliquando humor regitur, aliquando non regitur. Idem de corporum nostrorum humoribus dici potest. Nam quid est, quod quibusdam si semel alius suppressatur, aut nisi sæpè purgentur, tam graua eueniant symptomata, alijs non? Quia humores habent aliquid ætior & naturæ contrarium. Vnde quibus in humore est quædam qualitas falsa, nitrosa, aut similis generis, ijs leui de causa inhorrescunt, & febricitant, aut destillationibus sunt ferinis obnoxij. Contrà, quibus humores sunt magis morati & mansueti, ij non tam facile in morbos incidunt, nisi grauius in victu deliquerint.

Cuidam vulnerato ad nothas costas splen. foris appa-

ruit. Ignorabat tonsor splenem esse. Intumuit valde, & ^{vulnera splenis non le-} vitium contraxit. Alter venit audacior, qui secuit prius ^{thaia.} superiore parte ligatum. Conualuit æger. Est. ne igitur splen tam necessarius?

Dominus de Villeneufue in expeditione contra Flандros instituta, catapultæ ictu circa tempus dextrum læsus est insigniter. Effractum os partim temporis dextri, partim frontis. Occalluit tandem pars longo post tempore. Cùm Londinum venisset, speciem quandam pareseos in parte eadem, nimirum in brachio pati visus est. Tandem venit Lutetiam. Sexagesimus aut septuagesimus dies exactus erat, vt planè restitutus & securus videretur. Cùm vino venerique paulum indulgere vellet, dolor in veteris vulneris loca obortus est. Intolerabilis erat. Inquies, vigiliæ, dolor lancinans, leuia deliria intra verba solum. Febris assidua. Omnibus prouisum remedijs. Denuò aperta cicatrix. Nil profectum. Dolor mox in parte antiqua sæuiebat, mox in alteram partem, velut desultorius, redibat. Comatosus factus. Mors. Aperto cranio, nescio quæ sanies, sed exigua, in parte in qua dolor fixus videbatur, apparuit. Sed in cerebri penctralibus abscessus erat, à quo credibile manauisse saniem, tam sæui doloris parentem.

Capitulum vulnera etiam leuia non negligenda.

Claudij du Four pulmonici notanda historia. Cùm pulmonis morbo antiquo alui profluuium dyfentericum successisset, pulsus inæqualis, intercisus, mox dicrotus, mox intermittens deprehensus est. Diu admodum perseuerauerunt ista. Tandem ad suam æqualitatem redijt; sed frequentior & minor erat. Paulo post interiit. Ad eò de pulsu iudicare est difficile.

Admirabile quod contigit vxori Maclouij. Primum dolores colici. Deinde nephritici. Vomitiones. Febris assidua. Tandem mictio cruenta, sanguine multo nimirum effuso, apparuit. Diutissimè perseuerauit. Sex aut septem septimanas laborauit. Tandem tota tabefacta interiit. Nullum lapidem excreuit. An id nephriticum fuit?

Filiola D. de Creuey, vtroque parente orta calidis

visceribus prædito, etiam dum sana est, singulis penè mensibus diem vnum febricitat satis insigniter. Id latentis cuiusdam vitij inexplicabilis signum est. Lutetiæ eodem modo affecta visa est. Febris perseverauit. Inclinatione & propensitas in somnum. Rubor genarum summus. Exanthematon suspicio erat, aut peripneumoniam metus. De salute desperabatur. Conualuit præter spem. Sic præcipitanter de morbis præfagire non oportet.

*sectio inter
anularem,
& digitum
minimum
quartanam
soluit.*

Sectio inter anularem, & minimum digitum ab antiquis credita est febrem quartanam soluere. Quædam mulier septem iam menses quartanaria fuerat. Masilij Medici consilio secta est vena, detractusque satis copiosè sanguis. Febris iugulata est. Sed annum ferè vnum manus tota, veluti liucfacta, mansit. Eadem asseruit cuidam nobili verò sibi noto idem contigisse.

*Admirabiles
vires feri &
flatus.*

In re quaque, siue ea nutriat, siue dolorem excitet, siue morbum faciat, nosse oportet aliquid esse tenue; siue sit *ὀππός*, siue flatus, seu vapor aut exhalatio; siue quid aliud vix sub sensum cadens, quod tantas habeat vires. Id quod primùm in doloribus capitis à solo odore eernere est. Nam quid illud est, quod sola exhalatio è rosa exhalans catarrrhum cieat, & moschi odor tantoperè lædat? Et tamen aromata dicuntur cerebrum roborare, & ei dicant operam suam. Prætereà, in febribus quid illud est, quod lassitudinem tantam, & membrorum confractionem quandam afferat initio paroxysmorum, & quod tribus post horis, post luctam naturæ cum ea re; discussum omnium dolorum sedationem affert? Non est credibile molentia esse humoris, sed qualitatem nescio quam, quæ non definit naturæ molesta esse, donec eius vi domita fractaque fuerit. Indicat & id vigor febris; vigor doloris hemicranici, pulsus & calor auctus est. Victo superatoque aut humore tenui, aut ichore, aut re alia consimili, ista omnis seditio sedatur. In nutritione quoque ipsa, vapor benignus, aut tantillum vini, aut paucum panis sæpè naturæ facit satis. Et licèt multùm adsit humoris, id ipsum natura tanquam alimentum non reputat, sed tanquam excrementum. Sic statuere oportet, siue in nutritione, siue

in doloris generatione, aut in morbis aliquid esse tenue, quod tantas vires habeat, vt non abs re excitati fuerint Medici *πνευματικοί*, qui tantum flatui & simili rei tribuerunt, vt omnes morbos, & symptomata penè ab ijs reperiuerint.

Et quod magis mirum est, qualitas propria humorum tenenda est. Quid enim est, quod quidam domiti sint, alij indomiti? Alij chæradas in quibusdam generent, alij cancos, epilepsiam alij, arthritin alij. Id tenendum exactè, vt de remedijs certum sit. Obseruatum est quibusdam obortos dolores fuisse non admodum acerbos, aliàs acerbos, qui vagi fuerint, nec certâ sede morati fuerint: post tempus aliquod tandem desierunt in partem aliquam, & tuberculo, cicer magnitudine non superante, ibi relicto tandem reliquas partes reliquere. Sed tuberculum illud aut cancerum minabatur, aut aliquid simile. Adeo difficilis est morborum cognitio, difficilior sæpè curatio.

Humorum qualitas propria cognoscenda.

Difficilis morborum cognitio, difficiliorque curatio.

Admirabile quod contigit Ioanni Regnard mercium venditori. Obortus est dolor fœmoris & tibiæ. Is satis erat tolerabilis. Pugnatum est lenientibus & paregoricis. Vomitiones aderant. Deinde earundem partium stupor contigit. A stupore sensus deperditio, vt ne impacta acus dolorem moueret. Defectiones animi frequentes. Mors. Vnde hoc? Similis penè historia obseruata est antè.

Socrus D. Passart Medici frequenter colico dolore tenebatur, eoque valdè crudeli. Ad hepar illud referebant. Ea videbatur mœsta perpetuò, nec ridere poterat. Tandem incidit in febrem continuam. Dolor totam partem dextram penè occupabat. Ab icore omninò id esse autumabant. Nulla re iuuari potuit. Nono icterus *καταρροια*. Mors. Aperto cadauere cystis fellis lapillis plena reperta est. Hepar albicans. Adhærescebat contumaciter diaphragmati, vt hinc auelli non potuerit. Item pulmonis pars dextra adhærebat. Superiùs annotauimus de quodam nomine Bordier, cui colicus dolor per duos penè annos perseuerauit. Hepar albicantius deprehensum

Cystis fellis lapillis plena.

est. Sic serum nescio quod tetrum nascitur, quod istos excitat dolores.

Mulieres nostrates hoc in ore habent, recens natos blando suo halitu efficere, vt nutricibus lac abundet. Imò si nutricibus duorum annorum dentur, non modò lac, vt aiunt, renouare, sed etiam ijs conceptum accelerare. Cur id fiat, & an verum sit videatur.

Ad verrucas sanguinem leporis Dioscorides commendat.

Ad verrucas, aiunt, iurare plurimum excipere sanguinem animalis recens iugulati, & sine se eum sanguinem concrefcere, idque sæpius repetere. Experiendum est, deinde causa eius inuestiganda.

Quidam interijt tertio die phreniticus, non vi phrenitidis, sed vi & qualitate succorum ventorum.

Quidam annos natus 25. cœpit febricitare. Sequenti die ad Medicum ventum est, qui remedia præscriberet. Is solo clysmate contentus fuit, ne humores citatos magis commoueret. A meridie voluit æger sibi venam aperiri. Id factum est inconsulto Medico. A detracto sanguine paulò post mente motus est, & desipuit. Vix contineri potuit. Ad se non redijt. Quatuor post horis interijt. Nescitur quò tam subitæ mortis occasio sit referenda. Hippocrates quidem in Epidemijs de Halicarnassensi narrat, qui cum iam ætatis grandis esset, & hyems quoque esset, propter auris dolorem detractionem sanguinis sustinuit. Facta non est suppuratio, & phreniticus factus est. Quodam in loco annotauimus de duobus, quibus cum paulò plus sanguinis detractum esset quam par esset, statim à detracto sanguine delirauerunt. Sic in eo remedio vsurpando cautos esse oportet, nec ita, vt ferè fit, liberales.

7. Epid.

Refrigerantia nocent doloribus capitis cum bre.

In doloribus capitis, præsertim cum febre, etsi magna vis febris, impressionem facit in capite; cauendum ab ijs, quæ multum refrigerant, vt ab anacolle matris & populeone. Si enim mador aut sudor manans dolorem aut minuit, aut sedat, quis dubitat quo minus refrigerantia & reperiuentia adhibita, difflatu materiam prohibentia, noceant plurimum?

Quibus vrina acris & mordax, qui ficci squalidique sunt, nec non temperamento bilioso, ijs maxima ex par-

te arenulæ in vrinis apparent. Hæ autem sunt veluti particule humoris biliosi & falsi in sabulum conuersæ & concretæ. Et tamen eiusmodi acrimoniæ quædam est opportunitas. Nam deterfio magna fit, & si quid glutinosum est medijs hærens vijs, id veluti desstringitur ac diluitur. Contrà, si vrina non ita acris, lentescit facillè ac pituitescit. Et vt concedam non ita facillè in arenulas cogi, faciliùs obducendæ pituitæ & cogendæ dat occasionem. Notandum id.

Nunquid illud fortè verum est, quod experientia aut verum, aut probabile comperitur? Nimirum eas mulieres, quæ diu nutrices fuerunt, grauibus aut morbis postea opportunas, aut debiles viuere, aut fluxui muliebri obnoxias. Atque id præsertim contingere, si aut deliciores aut debiliores extiterint. In ijs enim facilis est humorum liquatio, & partium excipientium idoneitas. Id quod cuidam vetulæ contigit. Hæc adeò lacte exuberabat, vt diu tres infantes lactauerit. Hinc vasorum inanitio & infirmitas consequi potuit.

Que nutrices diu fuerunt, debiles existunt, aut fluxui muliebri opportuna.

Si natura in parte quapiam in quam humor influxit, suppurationem vult moliri, si dolor, si inflammatio, an sectione venæ, & purgatione ab eo instituto natura reuocanda? An non purgandum vacuandumque (non quod materiam quæ influxit amoliri consilium sit) ne vi doloris & imbecillitatis partis pars aggrauctur obruaturque magis? An non finendum totum naturæ? An non (quod verum esse quidam asseuerant) natura suppurationem promouet, licet detractio sanguinis, aut euacuatio aliqua precesserit? Quasi verò nil sit quod naturam ab eo instituto remouere queat? Id Medicis plurimum dat negotij.

Vena sectio, & purgatio suppurationem non impediunt.

An verum quod vulgus mulierum iactat, morbos eos qui aggrediuntur enixas, & eo tempore quo decumbunt, qui aut θανάσιμης, aut δυσχεύτης, aut δυσανάτης. Probabiles multæ rationes hinc illinc adduci possunt.

Quid illud est, quod quidam iuuenilibus annis suis morbofi viuant, & valetudinarij: contrà quo magis ætate, & annis processerint, eò ægrius de valetudinis firmæ gra-

256 EPIDEMIORVM
 du deijciantur? Id quod viduæ D. Hurcau contigit, &
 alijs innumeris.

ANNOTATIONES.

1. **N**am ait alio loco Galenus; *Tabes maximè consequitur eas à capite destillationes, quæ vocis visum afferunt.*

2. *Vnde initio paroxysmorum in febribus tusses excitantur, non tam à capite labente materia, quàm à partibus subiectis. Vnde non parui refert scire, unde fit tussis. Aliande enim quàm à capite repetenda est.*

3. *Quidam affirmat legisse se apud quendam authorem nomen illud, Quintæ vel Quintanæ tussis. Cuius nominis ratio vix reddi potest. Alij dicunt vocari Quintam, quod redeat quinta quaque hora, aut circum circa (est enim numerus certus pro incerto.) Vnde nomen traductum ad eos, qui molesti sunt, & insensu alijs per certa quadam interualla, & vocant, hommes quinteux. Alij à Musicis hoc desumptum volunt. Ut quemadmodum inter octauam & Quintam proportio quadam, & concentus conuenit, disparibus tamen gradibus & numeris; Ita qui hanc molestam tussim patiuntur, in faucibus sonum edunt; qui alteri sono quodammodo respondet, in profundo pulmonis edito. Aliorum sit iudicium.*

4. *Idem contigit Nobili viro, cui suppressa erat materia, per vlcus tibia manare consueta. Et hoc loco annotari unum potest: cum certum est de antiquo aliquo vlcere, quod temere ad cicatricem fugacem tamen adductum est, non alienum fuerit, si denuò pars vlcerata aperiasur. Ita enim leue malum inductum, graue aliquod & periculosum antecuerit.*

CONSTITV-

CONSTITVTIO ÆSTIVA

Anni Domini 1579.



DOLORS laterum vagi ægros molestabant. Non exiguam partem occupabant, sed totum latus ad regionem hypochondriorum. Dominabatur nescio quis teter vapor & humor. Expectorabant satis facile. Nonnullis toto morbi tempore sudor emanabat, qui Medicis dabat negotium, quod curandi occasionem præiperet. Contagiosi erant aliquantum. Et nisi aër Etesijs & anniuersarijs ventis perstantibus temperatus fuisset, metus erat morborum pestilentium atque malignorum. Non iuuabat multum venæ sectio, præsertim cum morbus aliquantum processerat. Et circa mensem Augustum multis in fauces, & partes ori vicinas fluxiones fuerunt acres, inflammatoriæ.

Puella D. Devueil febre laborabat, cui successit alui profluuium. Leuata est. Diebus interiectis aliquot perpetuo querula est, & lachrymabunda. Exclamat & ciulat aliquando, & pavoris plena à somno excitatur. Alii ad vermes id reuocant, alij ad intestinorum torsionem. Tandem mater ei minata est, incussitque metum, ysurpatis aliquot remedijs, & conciliato somno pedetentim primæ sanitati est restituta.

Vxor Equitis Ducis Aumallæ, cum agrè ferret morbum mariti sui, statim animo consternata est, & a domo reddita est, & velut catocæ apprehensa. Vocem non recuperavit, nisi sex exactis horis. Et antequam recupe-

K k

raret, bis aut ter modo epileptico conuulsa est. Admirabilis morbus iste, & successio symptomaton.

*Offensionis
cerebri signa*

Filia D. Le Noir cum cacochyma foret, & veluti icterica, dum e lecto defurgeret cecidit, & in terram prostrata est. A casu non ita longè post epileptico modo conuulsa est, & *ἀφωρος* facta visa est restituta. Ab eo tempore attonita veluti concusso cerebro mansit. Tandem interijt, postquam aliquoties conuulsa est. Læsum insigniter erat cerebrum.

Mirum quod contingit puello D. Devueil adhuc lætenti. Tumor oboritur aliàs in brachio, aliàs circa colulum. Evanescit. Deinde conuellitur. An non id à veneno est? Et nisi bonitate naturæ aliò amandaretur; nunquid mortem, aut grande periculum intentaret huic puello?

*Cardiaca in
susp. vario-
larum.*

Filiæ D. de Champigny exanthematon eruptio minabatur. Datum medicamentum. Alius postea diarrhœa modo fluxit. Certis temporibus & locis maculæ rubræ se se proferebant. Magna erat suspicio variolarum. Cum pene desperaretur, præter spem nostram conuulsiu pugnatum est multis cardiacis intus & foris.

Comitis Chaulnei filius ictericus factus est, & mortis appetens. Is natus annos quatuordecim. Olim venustus, lepidulus, & bonæ indolis, facilis. Postea verò inlepidulus, morosus & subtilis, ceruicæsus. Ictericus factus de repente. Febricula. Alui profluuium albicans, foetens & corruptum. Ita perseuerauit per dies 15. Medicamenta obstinate abhorruit. Cum nil tale cogitaretur, stridebat dentibus, ad interrogata non respondebat. Mane vix quæ cruda & horribilis. Tota die *ἀφωρος*. Conuellebatur nocte. Veluti ecstasticus erat. Vox inarticulata & eiulatus magnus. Conuulsiones. Mors. Expirando e naribus excreuit nescio quid subnigrum, & subviride. Dubitabamus, an id à cerebro esset, an recursus liquoris medicinali quod datum erat, ad os, & ab ore ad nares. In cerebro nil commemorabile deprehensum est, quod mortis causa fuisset. Pulmo vitium insignè contraxerat. Vitiolius erat hepar, & velut *καὶ χλωρὸν*. Anno superiore

ante mortem exanthematis foedissimis laborauerat, & ab eo tempore non bellè habuerat. Galenus simile quid ante ^{Humores} notauit in historia de eo, qui repente phreniticus factus ^{quidam sua} paulò post interijt. Non interijt, inquit, vi phrenitidis, ^{malignitate} sed ob dominatum humorum virulentorum, qui sua ma- ^{virus ad-} lignitate virus adæquant.

M. Sulpitij filiola tussim ^{Tussis Quin-} *Quintanam* patiebatur cum ^{tana.} febre. Destillatio in pulmones. Ab eo tempore ita vi destillationis & febris emarcuit, yt tabida euaserit. Magna vis est destillationum calidarum & ferinarum.

Vxori Domini Dhierre fluxio in genam dextram, ac præsertim in musculum masseterem. Vix dentes diducere potuit. Materia eadem quæ & parotidas facere solet, loco differebat. Octauo post die ruptus abscessus intrò. Et quia materia suppurabilis in mentum inclinabat, ibi adactus cultellus. Aliquot post diebus natura visa est velle moliri abscessum paulò supra connexionem maxillæ. De apertione cogitabatur. Parentes, deformitatis alicuius metu, fieri recusauerunt. Suppurantia & malactica abundè usurpauerunt. Contra Chirurghi mediocriter illis utebantur, & cataplasmatibus solennibus ad arcendam putredinem utebantur. Vocatus Empiricus tribus post diebus, & tardius quàm visum fuerat, aperit, & pus educit abundè. ^{Remedia ve-} ^{ra non negli-} ^{genda.} Agra habebat ^{opposita M.} Dum ita largiter pus educeretur, & viribus nihilominus consuleretur, oborta syncope grauissima, & cruris dolore intolerabili repente mortua est. Sic negligentia verorum remediorum, & contemptu eorum qui adesse debent, domus funesta reddita est.

Filiolæ I. Santueil cum vtrumque brachium intumisset à reliquijs variolarum, opinione alicuius suppurati dextro brachio pyroticum adhibetur. Nil eductum est. Paucula tantum fluxit sanies. Cogitabatur de altero pyrotico in sinistro brachio. Cum nil satisfactum esset expectationi de priore pyrotico, non est alteri brachio adhibitum. Mirum quod contigit. Liberius, expeditius & indolentius fuit brachium, cui pyroticum adhibitum fuerat. Alteri metuebatur ne ignatum foret. Sic in suspi-

^{Præceptum} ^{therapeuticum}

cione qualitatis malignæ, licet pus non sit aut aliquid com-
memorable, tamen magno profectu cauterium applicatur:
Sic Petro Tonfiori aurem vehementer dolenti, pyroti-
cum in sauitia doloris radici auris adhibitum est. Multo
alacrius dolorem tulit.

Vxor Ioannis Baude vterinis doloribus afficiebatur.
More solito ad muliebria remedia, aut potius ludibria, con-
fugitur. Auctiores dolores. Tandem tumor hypogastrij,
dolor ea in parte in inguinibus. Suppressio vrinæ, tu-
mor in recto intestino digito deprehensus. Febris. Sen-
sio doloris pungentis ab umbilico ad sedem vsque. Se-
ctiōne vna atque altera venæ, vterinis remedijs, cata-
plasmatis remollientibus, pessarijs medicamentis, cathetere
immisso ad educendam vrinam, melius multo habuit.
Partium *ἐφοδὶ, ποταὶ & κινήσεις*, seu motus naturales ad-
mirabiles sunt. Horum quidam sunt occulti, alij mani-
festi & apparentes. Quid enim est, cur penis virilis ita
increscat ac intumescat, aut rei iucundæ cogitatione, aut
formosæ mulieris contactu ac inspectione? Quid? quod
viso serpente, aut re tristi ita contremiscat corpus, aut
viso inimico expallescat omnino? Sed & in excretioni-
bus naturalibus id cernere est, præsertim in sudoribus, qui
grauissimis morbis finem imponunt. In variolis, lue ve-
nerea, exanthematis elucet id maximè, cum ab interno
corpore ad superficiem humor erumpit, à magnis & for-
midolosis morbis vindicans. Et cum cutis aut scædatur,
& maculis siue genitiuis, siue aduentitijs inquinatur, id
in malis ponendum non est. Vnde etiam quosdam do-
lores arthricos pati videmus quotidie, sero quodam te-
tro ab intimis in extrema manante, quibus multos in an-
nos vita producit ac propagatur. Et nisi hac ratione
natura, facultate secernente & expellente, tanquam fide-
libus ministris vtens, partes intestinas expurgaret, fieret
collectio tetri humoris, cuius motus & putredo præsen-
tem mortem, aut periculum intentaret. Sed & fabulo-
sum non est, id quod in mulieribus vulgo obseruari di-
citur, quantum spectat ad motus, & errores vterinos. Si
enim tanti momenti vterus esse creditur, quis eas incli-

Mor-
us vte-
rini mira-
biles.

Præceptum
Hippocratis

K K

nationes & motus, partim naturales, partim quodammo-
dò animales deneget? Id quod maximè est tenendum,
siue hysterica passio mulierem affligat, siue morbus sit ali-
quis, in quo crises expectentur, & considerari debeant.
Naturalis verò eius vis, & inclinatio tantò cæteris parti-
bus præstantior, quantò hæc pars alijs antecellit, in se-
mine concipiendo, retinendo, & nonnullam aliam operam
in formando foetu præstando elucet. Magis verò cum
mulier ad pariendum vicina est. Uterus siquidem magna
edit simul diuinæ suæ virtutis & inclinationis argumenta.

Vxor Mercatoris insignis, cognomine Le Prestre,
mamam sinistram aliquantum dolitabat. A papilla se-
rum quoddam manabat pruritus excitans. Aliquo post
tempore in genu eiusdem regionis tumor excitatus est du-
rus, qui si irritatus fuisset, cancri, aut tumoris alicuius
maligni metum attulisset. Interea nil à mamma resuda-
bat. Repentè euauit tumor. Manauit serum, vt prius,
à mamma. Nunquid admirabiles sunt naturæ motus, &
inclinationes, & transpositiones, & metastases?

*Admirabiles
natura mo-
tus, & me-
tastases.*

Nuper vidimus mulierem succolam, & ἐξερύσσορ, quæ
cum quinto partu mater fuisset, nec tamen vnquam men-
ses quæ solent erupissent, vomitioni sanguinis, & expe-
ctorationi obnoxia est. Et motus iste excretioque per su-
periora, eruptioni per finum pudoris est vicaria & succe-
danea. Quod diligenter obseruandum est.

*Vomitio san-
guinis vica-
ria & suc-
cedanea eru-
ptioni luna-
ris purgatio-
nis, seu pro-
flusij geni-
talis.*

Quidam in sura vulnus accepit. Fluxit sanguis mul-
tus, non tamen immodicè, vt ne ad fluxum sanguinis re-
feras id quod contigit. Ab eo tempore enim congressi
non potuit; nec semen emisit, saltem non arrexerit suffi-
cienter. Id mirum fuit etiam peritis rei anatomicae. Non
videtur enim ratio, cur vulnus ea parte inflicta cum im-
potentiam afferat. An id fortassis Hippocrates adombra-
uit, dum scripsit sectionem in malleolo infœcundos red-
dere? Sic aliquis earum partium est consensus, sed is for-
tassis nondum intellectus.

*In sura vul-
nus acceptū
congressus
impotentiam
attulit.*

Ioanni Bruguet in dolore capitis acerbissimo, febre as-
fidua, sed cuius argumenta in capite erant, pilularum
vltus etiam præsentente febre, contulit. Item cum septimus

morbi dies instaret, datum ex aquis cardiacis poculum cum pauca aqua theriacali. Profuit, & naturæ conatum iuuit.

Frigida oculorum nocent.

Apud Io. Richer erat quidam ophthalmicus, à tempore omni abstemius. Humores adeò acres fuerunt, vt nulli penè remedio cesserint. Verum esse deprehendimus, quod scripsit Gal. ad Aphor. Dolores oculorum, &c. quod suppressio humoris acris vsu & *σπογγίων* procurata, dolores excitat maiores, & symptomata terrifica. Tandem inuitis nobis, & minimè cogitantibus suppuratio facta est. Eodem ipso die conualuit. Itaque grauer peccant Medici, qui fascijs imbutis collyrio refrigerante oculorum regionem constringunt; Dum enim lachryma, & salus ichor supprimitur, multum incommodi afferre solet. Propterea Hippocr. lib. de locis in homine, multam lachrymam mouendam esse ait.

Filiolæ D. De la vau mirum quod contigit. Febris continua. Dolor lateris sinistri. Is fugax fuit, nec perseuerauit. Vnde dilata est phlebotomia. Benè habere visa est. Febris recruduit. Difficultas spirandi. Mors. Aperto corpore epiploon pure perspersum erat. A thorace fluxerat. Nam totus sinister pulmo, & thoracis pars sinistra pure plena erat. Catarrhosa erat, nec expectorauerat quicquam vnquam.

Filiolæ D. De vueil dolores implacabiles, vt credebatur. Nam non dormiebat, iactabatur perpetuò, clamabat, lachrymabatur. Tandem incusso metu, & datis somnum conciliantibus, melius habuit.

D. Passart Medicus cum malè haberet, nec sibi prouideret, tandem sumpto medicamento validissimo peius habuit. Dolor obortus circa dextrum hypochondrium. Circum vmbilicum dolores quoque. Irrita fuerunt omnia. Purgatus fuit ex arte. Expectationi Medicorum medicamenta satisfaciebant. Tandem ventris tumor. Sitis implacabilis. Dolores perseuerantes. Credebatur hepatis in vicio esse. Mors.

Carpentarius ventrem doluit, & febricitauit. Ad mulieres itum est. Hæ hominem vt ab vtero laborantem cu-

iii x

rant. Irrita opera. Augetur febris & continua fuit. Quarto die vocatus Medicus, venam secare, purgare cœpit. Septimo quieuit. Eodem die factus *ἄφρων* per sex horas. Pulsus valebat. Id erat *κρίσιμον μὴ κρίνον*. Inanis quippe naturæ conatus. Nam nondum signa coctionis patefiebant. Vndecimo ferè sic habuit. Et cum datâ operâ diebus criticis nil moliremur, motum nescio quem naturæ obseruabamus. Ad triginta penè dies prouectus morbus. Conualuit. Religiosè sunt obseruandi dies *κρίτικοι*.

Dierum criticorum obseruatio non negligenda.

Cuidam mulieri in spinam fluxio. Rigida penè erat. Nutrix erat. Et lactandi diligentia, & assiduitas occasio fortasse mali fuerat. Datum medicamentum potens. Gossipium cum oleo applicatum. Breui conualuit. Secta vena non est. Leçitepor, & vinctio pepasimum procurauit. Alius Medicus fortè venam aperuisset.

Claudius à Cruce ramicosus vomit assiduò. Intestinum reponi nequit. Fetus. Litus. Demum contulisse visus est clyster ex vino maluatico cum hiera. Tandem contra spem repositum. Nam Chirurgus paulatim eaque assidua contrectatione, sensim atque sensim reducendo, spem fecellit. Sic conatus assiduus, & perseverantia malum tandem vicit.

Mirum quod contigit vxori I. Chalentionij. Hæc enim imprudentis Pharmacopœi consilio vsa pilulis ex hydrargyro. ab eo tempore caput doluit, cerebrumque affectum ita fuit, vt perpetuò vacillare videatur.

A pilula ex hydrargyro tremor capitis excitatus

Vxor D. De Here eo modo capite laborauit, quo & quosdam annotauimus initio huius lib. Nam periodicus fuit dolor capitis, hemicrania instar. Tandem validissimis purgationibus cessit. Mirum fuit, cur tandiù perseverauerit.

Filia D. Angenost Consulis febre laboriosa est prehensa. Oculi scintillantes & lachrymantes. Fluxus sanguinis è naribus. Item eruptio mensium. Repentè conualuit, & à symptomatis plethoricis liberata est. Vide id quod annotauimus de vxore Guerardi, ex sententia Hippocratis. Non dissimilis est historia de virgine Larissæa, in Epidemijs, cui plenitudo causa morbi fuerat.

Annotauimus antè de filia Dumai, & Ioan. Puthomme filio, quod vterque nescio qua ferina & indomita destillatione laboraucrit, quâ interierit. Sed puer hic exanthemata patiebatur, quæ à ἄξιολόγος non eruperunt. Serum erat malignum, quod corruptionem parti attulit. Indèque mors est consequta. Id in morbillorum & variolarum suspitione euenire solet. Quia hic facias? Nam si dum vrgent dolores isti, si dum tumet pars, ad suppurantia festines, corruptionis metus maior erit. Si in solis anodynis consistas, opera fortassis ludetur. Itaque videtur id consilij sequendum, quod aliquando eadem in mali specie Medici secuti sunt. Etenim dum quædam tempestas saeuiret, pustularum & eruptionum ferinarum ferax, oborti sunt tumores & dolores in variolis, quæ pueros necabant corruptis partibus solidis. Itaque in eam itum est sententiam, vt emplastrum de Vigo cum mercurio applicaretur, alijs litus leuis ex hydrargyro fieret. Mirum in modum id remedij profecit. Id quod non negligi debet, ne tam facilis & ad manum parati remedij contemptus calamitatem agris afferre videatur.

Emplastrum de Vigo cū mercurio, ad tumores & dolores variolarum.

Ea sagax & sedula mulier ad insigne D. Petri hydro-pica interijt. Sensim aqua in abdomine collecta est. Sensim tumuit abdomen. Menses suppressi erant. Suppressionis causa partim ad dolorem animi mærorémque, ob obitum liberorum conceptum, referebatur. Sed grauida erat. Febris assidua. Vrina pauca, sed crassa & turbata, qualis in febribus putridis apparet. Dolor in dextro hypochondrio, tumorque percipiebatur & durities in regione hepatis. Lumbos & renes dolebat. Vrina non percolabatur, sed maior seri pars in abdomen refundebatur. Hinc hydrops. Aperto cadauere hæc reperiuntur. Penè duodecim libræ aquæ in abdomine contentæ. Hæc aqua vrinam colore & consistencia referebat. Hepar durum, siccum, infinitis coloribus variegatum. Color erat cineritius multis locis. Denique tota sua substantia vitium fecerat. Ren vnus erat, sed magnitudine duplo superabat renem naturalem. Sinister erat. Dexter nullus, sed species quædam inuolucris. Credo quod nunquam fuerat. Mirum. Sæpè nephriticos dolores

dolores passa lapides excreuerat. Nullus tamen vel in rene, vel in vesica lapis inuentus est. Sicci pulmones. Febris erat assidua. Tandem per duos dies ἀφωρος reddita, interijt. Duodecies purgata fuerat, incolumi tamen foetu, id est vi medicamenti non excluso.

Pueris, vt & cæteris aliis ætatis, non nisi prudenter medicatio decerni debet. Sed maior in illis cautio est adhibenda. Nouimus plerisque data medicamenta, qui eo ipso die, medio purgationis tempore, interierunt. Id quod non sine calumnia, & artis dedecore contigisse visum est. Maximè verò id attendendum, cum iam corpus

eorum puerorum squaleretque, & aut vi morbi, aut diuturnitate fractum debilitatumque est. Hippocrates enim obseruauit siccos, id est, iam morbo afflictos & extenuatos non facile medicamentum tolerare. At turpis est calamitas dato medicamento, eodem die, ægrum interire. Id quod nos ad perpetuam memoriam his literis mandandum putauimus. Cum enim iam corpora elanguere, potius in refectionem incumbendum est, quàm in euacuationem. Tametsi fortasse obijciat quis, subesse tertium humorem qui malum foueat. Sed sæpè etiam cum eo humore anima effunditur. Et potius emendandus est

bonitate succi alibilis, quàm agitandus. Est autem ubi natura seu potius corpus languet, quàm ægrotat. Languere enim aliud quippiam est quàm ægrotare. Intemperies ἀνοίας inuehit: ex τῆς δὲ ἀνοίας alienatio. ex alienatione languor. Sic roborandum est potius, quàm vacuandum. Vnde enim natura magis opis est indigens, inde magis est illi occurrendum.

De phlebotomia pueris celebranda, maior quædam quæstio est. Nam obijci solet atatura. Galenus valdè religiosus est. Nam multas apponit conditiones, antequam hoc de remedio decernatur. Ait enim; Si post decimum quartum annum pleuritis aut peripneumonia oboriatur, si puer sit sanguineus, si ver sit, si regio temperata; audacter venam secabis. Quasi verò id tempus sit expectandum, & eæ spectandæ conditiones. Duretus, vnicus Hippocratis interpres, rogatus sententiam, cur Hippocra-

L I

Corpora sicca, strigosa, aut quouu modo extenuata medicamentis nõ sunt agitata.

Languoris ab agrotatione discrimen, & causa. Axiomathe- rapenticum.

Galen. lib. de sanguinis missione.

*Pueri raro
sunt pleuri-
tici & peri-
pneumonici.*

tes pueris pleuriticis aut peripneumonicis venari non ceciderit : respondet, Hippocratem non agnouisse pueros pleuriticos aut peripneumonicos. Id quod audiendum ratione & *Ἰνδερτινῶν*. Cū enim pueris sanguis sit crassiusculus, cū benignus & halituosus, caret ijs stimulis, qui sunt necessarii ad incitandum sanguinem. His accedit, quod nutritioni & auctiori sanguis satisfacit, vt reliquus paucus sit. At non idem de iuuenibus iudicium. Cū enim iustum ceperint incrementum, superfluit. Hinc consecrariæ hæmorrhagiæ. Et earum loco dysenteria. At si ne his modis quidem superuacuis sanguis euacuetur, morbi progerminant. Vnde sputiones sanguinis, pleuritides, peripneumoniæ. Quæ ratio Duræan valeat, iudicandum relinquitur. Idem videtur indicasse Galenus comm. in Aphor. 29. lib. 3. Quærit enim an illud verum sit quod Hippocrates scripserat; Iuuenibus sputa sanguinis & tabes euenire : Ita respondit. Hæc quidem non secundum ætatis naturam iuuenes patiuntur, sed secundum aliquid quod patiuntur magis : Id est ex euentu id accidit. Plura illo loco legas.

Vxor Quartarij Pharmacopœi hypochondriaca erat. Tandem successit ad nates tumor *ἀνθρακώδης* insignis, indeque sex aut septem post mensibus febris quartana. Bellè habuit, & affectione ista liberata est. An non hypochondriaci febre quartana liberantur? Id est, iuuantur ad tollendam eam dispositionem, si febris quartana succedat.

*Consilium
& remediū
malum, con-
sultori & in-
uentori pes-
simum.*

Quidam tertiana febre laborabat, eaque satis vehementi. Cū molestiam aliquot paroxysmorum pertulisset, nouum & insolens remedium experiri voluit. Cū enim ex aquatione & fluuio equi reuertissent, iussit eos in aqua puteali perfundi. Cū hoc spectaret, istaque affusio aquæ perplaceret, idem voluit sibi fieri. Et vt id serui facerent, coëgit. Educunt frigidam e puteo, nudo corpori, medio in paroxysmo, aqua affunditur. Nec idiu impunè tulit. Nam paulò post vocem amittit. Conuulsiones eum adoriuntur. Spuma in os cucurrit. Epilepticè conuellitur. Mors. Mirum vnde tanta mortis

occafio. Licet enim difflari prohibeatur materia tertiana committens, non ita tamen læua edit symptomata. Credibile est istud serum, eumque febrilem halitum, qui effertur è materia putrente (licet febris ipsa *ευη* videatur) malignum quid habere. Declarant dolores vehementes capitis, aut totius corporis, & id genus symptomata, quæ tam citò affidere solent febribus etiam mansuetis. Ut mirum non sit, si insolentem experientiam & imprudentem tam fatalis casus exceperit.

Damifellæ vxoris D. Mydorge, cùm grauida esset, sanguis ex vtero multus fluxit. Credebamus aborturam. Tamen ad iustum pariendi tempus fœtus vtero gestatus est. Videndum expectandumque est, quid euenturum sit. Vxori D. Amaulty in quadam gestationis opinione, per quinque menses suppressa solennis per vterum euacuatio. Circa festum Paschæ, reueratis orificijs vasorum, sanguis effluxit. Venter non tumet. Sed euentus rem diiudicabit. Obstetrix mihi affirmavit, isto profluuiio sanguinis conceptum, & partum legitimum non fuisse impeditum. Immo ad legitimum pariendi tempus gestatus vtero fuit fœtus.

Sanguinis fluxus ex vtero partu legitimum non impedit sæpè.

Nobilis vir febre tertiana laborabat. Medicus qui illi medebatur, vt erat *αμβροβος*, detractionem sanguinis neglexit. Quarto paroxysmo ruptis velut venis, & facto impetu quodam in partibus internis, tanta foras excretio sanguinis est consecuta, vt eo ipso die illi obeundum fuerit.

Omissa in febre tertiana vena sectio mortis causa fuit.

Fratri D. De la barre Medici febris tertiana. Quartus paroxysmus adeo fuit vehemens, vt sursum translatus humor fuerit. Hinc *επιεσις* vnius oculi factus est, id est, expressio oculi, & exitus foras. Et hic oculus deperditus tabuit.

Exitus oculi vi febris.

In febribus continuis rigores frequentes in mulieribus, & virginibus. Lumborum & colli dolores, & alia terrifica symptomata eruptionem menstruam significant. Et detractio sanguinis postridie mouet menses. Id quod D. Duhamel contigit, cùm ea grauissime haberet. Gale-

Lupij

nus ad particulam 50. sect. 3. lib. 1. prorrhēt.

Aquæ minerales, vt mercurij, auipigmenti, vlcera maligna, nomas, serpigines malignas, & id genus cætera curant. An ob vim ficcandi summam? an quia proprietate aliqua id faciunt?

In vlceribus aut vulneribus neruorum, & partium nerualium instillata olea calidissima à conuulsione, & cæteris symptomatis terrificis prohibent. An quia summa attenuandi & penetrandi vi & facultate pollent, vulnerisque coalitum impediunt; sicque ichori, à parte affecta mananti, maligno exitum præbent? An quia calidum neruosis partibus amicum?

Aperio uaricum cuta & salutaris.

Vxor I. Bon-denier varices magnos habebat in cruribus & tibijs. Temperamento est melancholico. Consilio super ea re adhibito apertæ sunt venæ. Detracta est sanguinis copia insignis. Ab eo tempore nullum commemorabile incommodum secutum est. Galenus cap. 4. lib. de atra bile. Et consilio 17. libro 2. Consiliorum meorum.

Consil. 10.

Quæstio est, an in affectibus capitis euocantibus ex alto, & medicamentis validis sit vtendum? Affectus multi sunt. Itaque distinctione est opus. Sed inter cætera, sunt ea animaduertenda, quæ ea de re in tomo 2. Consiliorum nostrorum scripsimus. Ac præsertim cum ageretur de catarrho, in quo sæpè hærent Medici, num validioribus locus esse debeat. Et eo loco Celli auctoritatem adduximus, qui de phtheiriâ loquens, ita scripsit. Medicamenta intus lenia esse debent, ne quid acrioris pituitæ concitent. Ad hunc locum pertinet id quod animaduertentur quidam Chirurghi. Nimirum in vulneribus & offensionibus capitis medicamentorum vsum non valdè vtilem esse. Nam augentur dolores, symptomata excitantur, inflammationes prouocantur. Agitatur enim humor, non euocatur.

Observarunt quidam in ijs reperiri solere abscessum in hepate, quibus à vulnere capitis intereundum fuit. An hoc verum, experientia doceri debet. Deinde cur ita eueniat, inquirendum.

Cur & sudores cruenti non sunt? Si enim sudor ab extremis venulis manat in cutim desinentibus, si facultatis expultricis vis relucet, si sæpè languet retentrix, cur *ἢ τῆ διαφύσεως* cruento sudore non exudatur? Obseruatum est in filio clarissimi illius Gulielmi Budæi, qui sui sæculi lumen exitit, illud horrendum symptoma, vt lintea eo sudante maculis cruentis perspersa fuerint. Et eo morbo è viuis discessit. Citat Theoph. ex Monade Medico, sudorem aliquando emanare, cui similitudo insit cum sanguine. Aristot. cap. 19. lib. 3. de histor. animalium, narrat quosdam sudore cruento exudauisse. Sic non indigna videtur quæstio, Cur sudores nostri cruenti non sint? Nam in rubiola effusio sanguinis per cutim esse videtur.

Anno Domini 1580. & 1581. pestis grauissima in homines sæuijt. Quanta fuerit calamitas, quàm dolenda symptomata, alijs locis aperiemus; sed id magno nostro dolore. Nunc vnum ex ijs quæ mulieribus acciderunt, commemorare consilium est. Omitto alijs in locis explicandum, omnes penè mulieres abortiuisse, quibus à pestilenti morbo moriendum fuit. Id quod minimè insolens est. Et abortiuisse quidem minus mirum, sed paulò ante ipsum obitum ea incidit calamitas. Illud verò quod in præsentem locum explicandum transtulimus, est eiusmodi. Innumeris contigerunt dolores ad hypogastrium. An essent vterini, an alterius generis, non facile fuit colligere. Et tamen summa fuit & sæuitia, & diurnitas. Immo tanta diurnitas & acerbitas, vt Medicorum omnis & opera, & industria lusa fuerit. Cuiusmodi id fuerit, & an resiperet aliquid *ἢ τῆ διαφύσεως*, an verò *προεξιδίου*, Medicis vel experientissimis fuit incompertum. Multis autem oboriebantur tumores ad emunctoria, & illi erant *αὐτοῦ* innocui. Cùm intonuisset, humores, quasi murato more, & ingenio, excitarunt tumores & malignos, & pestiferos. Quanta est tempestatum vis! Rursum cùm pestis velut sua tempora habuisset, & desæuijset, denuò tumores in faucibus & emunctorijs apparuerunt, & ij omni cacoethiâ vacarunt.

Sudor cruentus.

Mira tempestatum vis.

*Empiricorū
remedia me-
tallica mor-
bos despera-
tos prossi-
gant, & cur.*

*quid velut
aut*

Empirici aliquando mirificum quoddam effectum præstant, dum suis vtuntur metallicis. Immo vincuntur morbi, qui ordinarijs euacuationibus vitici non poterant. An quoniam per istas *ἰατρικὰ θάρσα* soluitur veluti tenor, & vis naturæ; & fit colliquatio quædam tam succorum laudabilium, quàm illaudabilium, vt idem contingat quod in litu hydrargyri? Soluitur enim conpages, & *ῥοία*, & vis partium omnium, & humiditas etiam ipsis insita partibus illiquefit. Vnde non modò ordinarij humores, sed *ἄσθῆσις* ipsæ soluuntur, & euanescent.

De filia Domini De Chailly an credibile quod dicitur? Idem & socrus mea experta est; & vxor D. Reburrij. Cum vtraque hydropica foret, & aqualiculus valdè distenderetur, partim aquis, partim flatu aliquo, postquam vtraque extincta est, ita resedit venter, ac si nusquam intumisset. Et ista filia Domini De Chailly cum gibbosa foret, fato functa ac repente mortua, ista gibbositas & incuruitas forè tota disparuit. Et seipso corpus longius redditum est. Quod mirum est. Qui fit etiam, vt hoc vitium spinæ ita repentiè euanuerit?

*Lentiginosi
malis ichori-
bus abundat*

*quid velut
aut*

Lentiginosi cacochymi ferè sunt, & eorum hepar *κακοχολία* laborat. Præuis humoribus abundant, & fero malo scatent. Immo si vlcera habent, ea sunt dysepulotica. Vnde Hippocrates lib. 2. Epidem. Vlœra quæ ægrè persanantur, sunt ex genere exalbidorum (Græcè *ἐξλευροί* dicuntur) qui ferè lentis colorem habent. Id est, lentiginosi, si vlœra habent, ea ægrè persanantur. Et cutis diffringitur, ac labia; ab ichoribus, & humore sanguiginoso, qui sub cute & à capite contingit, cum à pulmone fuerit calefactus. Cum ergo in lentiginosos ægrotautes incidetis, mirum ne sit, si remedia ex arte etiam instituta sæpè eludi videas.

*equit avim
aut*

*quid velut
aut*

*Suppresso
materia vi-
ruentamor-
tiferæ.*

Filia Domini De Masseparault manantem aurem habebat. Id quod effluebat, erat *ῥεοσίδης*. Suppressum id est. Dolor inde capitis eiusdemque grauitas. Caput videbatur non sustinere posse. Febris. Nullis malum capitis cessit remedijs. Mors. Inuentus est grauis in cerebro abscessus.

Notandum quod contigit matri D. Ellenij Medici. Illa sensit dolorem incredibilem in cruribus. Febris affdua. Secta vena bis aut ter. A detractone sanguinis tanta mutatio pulsui contigit, vt ferè morientium pulsus videretur. Inæqualitas erat, & intermissio. Deinde intercidebat. Mox recurrebat alia pulsatio, vt in dicroto. Interea temporis cum vires imbecillæ viderentur, nil nos moliti fuimus. Et ea mutatio non tam erat ab infirmitate, quàm à latente quadam partium affectione, quæ se patefecit per nonnullam imbecillitatem.

Eidem (quæ habitu est melancholico, & quæ sæpè hypochondriaca est iudicata) tumor in crure sinistro quæ decurrunt cruralia vasa. Indolens initio, deinde nonnullum dolorem excitauit. Qui medebantur, varias in sententias trahebantur. Alij existimabant promouendam excretionem puris, mitificato & cocto prius humore. Alij abstinendum, & metu carcinomatis aut cancri nutriendum tantum esse malum. Secuta est posteriorem sententiam. Nec deterius habuit. Tertio post anno pustulæ excitatæ sunt in superficie tumoris. Aperti abscessus, Sanies manat. Cicatrix solidatur. Extinctum malum, alio loco reuiuiscit. Denique ad chæradas malum accedit, & reuera sunt chærades.

Virgo quædam dum humi cecidisset, & verita esset ne naturalia detexisset, præ pudore desijt esse menstrua. Patiebatur autem menstrua. Verebatur verò, ne quid istius impuræ excretionis apparuisset. An tam facilis suppressionis mensium causa, reuocato spiritu alio, qui sanguinem ad partes conducebat?

An non tutum in febribus quartanis, & alijs obstinatis, dum humor mouetur, & in die paroxyfmi dare medicamentum?

Vxori D. Duhamel triplice quartana laboranti datum medicamentum. Vnâ post horâ horruit. Incaluit. Alacriter tamen medicamentum tulit. Repurgata est quibus oportuit. Ab eo tempore aliquot, sed paucæ admodum, accessiones repetierunt. Postmodum omninò ab ijs pa-

Virgo præ pudore desijt esse menstrua.

medicamentum

In obstinatis morbis humorum motus sequendus, etiam die paroxyfmi.

mi.

repetierunt.

roxyfmis est liberata. An non in simili exemplo purgationi opera dari potest?

Historia.

Filio D. Pileur annos 12. nato mirum quod contigit. Suppressio vrinæ. Dolores ad radicem penis. Clamores. Catheter subire non potuit. Aliquot post diebus pus nieiebat. Malum mitescibat. Vrina verò facilè reddebatur. Quid hoc rei? Id sæpius & redijt, & contigit. Venit in mentem lithotomis secare illum propè serotum, vt exprimerent lapillum medio hærentem ductu, & è vesica egressum. Si egressus erat, si medio insistebat ductu, cur non perpetuò vrinæ exitum præcluserat? Credo quod ille lapillus ex interuallis inflammationem excitabat, & quod alucolum habebat, quo se recipiebat. Quia verò per inflammationem pars tumescebat, idcò angustior erat meatus. Cùm pus exierat, liberior erat meatus, ipsis parietibus paulum collapsis. Notandum quod diximus, illum lapillum sibi cuniculum egisse. Declarauit curatio. Nam longo post tempore sine maiore molestia elapsus est calculus. Ab omni simili tormento liberatus est.

Vxor D. Boyer post partum ægerrimum ischiadica facta, & Dobilonius Castalleti Scriba, vterque doloribus ad ischion diuexatus. At ista mulier crudelissimè. Varia remedia vsurpata, modò anodyna, modò euocantia, modò digerentia, modò narcotica. Nil profectum, Materia erat diffusa. Tandem collecta est. Prouocatum est suppuratum. Pus multum & diu fluxit. Conualuit. Cùm dolores isti ita crudeliter affligunt, conandum vt *συσροφή* fiat & collectio. Postmodum adducenda est per *πενασμόν* ad suppurationem. Alioqui miserè ægros torqueri sinimus.

In magnis doloribus suppuratio prouocanda.

Mesenterij abscessus symptomata & signa.

D. De Longueil ad mensem Majum tormina. Abundat & humore bilioso, & succo crudo. Vtriusque humoris mores inæquales, motus inæqualis. Dolor ad inum ventrem inclinans ad partem potius dextram. Turgebant adeò humores, vt fere oppressus fuerit, toto aqualiculo in tumorem elato. Febris successit partim periodica, partim non. Tandem excreuit puris materiam, facto in mesenterij

mesenterij partem, aut intestino aliquo abscessu. Melius habuit. Post longum tempus, & longas adeò purgationes conualuit. Horrebat aliquando, & rigebat; sed rigor erat à suppurato. Omnis enim rigor aut est $\delta\alpha\pi\acute{o}$ τ̄ ἀσγείων, ^{Rigoris cuiuslibet can-} aut $\delta\alpha\pi\acute{o}$ τ̄ ἐλκείων. Quod notandum; ἀπὸ τ̄ ἀσγείων, affecto præsertim panniculo carnoso.

Damifellæ Ruades dolor, & tormina ad ventrem. Suppressio alui omnimoda vsu calefactoriorum, aucto interno calore maior alui constrictio. Inutilia medicamenta per os sumpta, inutilia & enemata. Magna cilei rudimenta. Febris. Contractiunculæ. Dolor ad regionem vteri implacabilis. Metastasis ad vterum facta. Nonnulla excretio facta est materiei saniosæ, & ἰχθυοειδέως. Metuebamus aut cancerum, aut quid simile in vtero. Exitus tamen fuit fortunatior. Nil enim tale contigit.

Beniamino anginoso, non vera angina, suppuratio facta est præter expectationem Medici vsu cataplasmaton ex mica panis & violaria. Conualuit præcedentibus malis & signis, & symptomatis.

Amicus noster S. Ger. febre continua, $\tau\epsilon\iota\tau\alpha\mu\omicron\phi\upsilon\epsilon\iota\omega\upsilon$ naturam referente laborabat. In accessionibus, præsertim maioribus, ἀφωΐα, ἀφεις, languor membrorum, obliuioque erat. Discussa febre, ad se redibat. An hoc proprium febrium? Nequaquam. At Galenus narrat contingere aliquando per accessiones febriles $\kappa\alpha\tau\alpha\phi\omicron\rho\rho\acute{\alpha}\varsigma$, $\kappa\alpha\tau\alpha\lambda\eta\phi\epsilon\iota\varsigma$, $\kappa\alpha\tau\alpha\chi\acute{\alpha}\varsigma$ & $\kappa\alpha\iota\mu\alpha\tau\alpha$. Hippocrates meminit cuiusdam constitutionis malignæ, in qua $\alpha\epsilon\iota$ τὴς παροξυσμίδος, ^{Ad part 37. sect 3. lib. 3. Epid.} & ἀφωΐα, & λήθη, & ἀφεις erant. Ἀφεις autem est πάρεσις, id est, exolutio omnium corporis partium, cum non aliter ac resolutis vires projectæ apparent.

Mirum quod contigit Præsidi à sancto Andrea. Huic ruptum os tibiæ, & interuentu calli conglutinatum fuit. Extincto corpore, (dissolutis penè omnibus) callus dissolutus est, & os tibiæ, quod ferruminatum erat, diuiditur ac dissoluitur noua veluti fractura.

F I N I S.

M m

metentem partem, aut in illis aliquid abscissa. Melius
habuit. Post longum tempus, & longas adeo purgationes
conuulsi. Horribat aliquid, & rigebat; sed rigor erat
a purgatione. Omnis enim rigor aut est a purgatione,
aut a purgatione. Quod notandum, cum & aliquid, aut
de praeteritis paniculae carnis oleo.

Damulibus Rudes dolor, & tormina ad ventrem.
Supplicio alii omnimoda via calidiorum, aucto in-
terno calore maior alii constitit. Inutilia medica-
ta per os sumpta, inutilis & cruenta. Magna est in-
mensa. Febris. Conturbantur. Dolor ad regionem
veteri implacabilis. Metallata ad vitam facta. Non
nulla excreta facta est materici sanior, & ipsorum
Metuebantur aut cruentum, aut quid simile in vete. Exi-
tas tamen fuit formata. Nil enim tale conigit.

Beniamino angulo, non vera angina, suppuratione
facta est praeter expectationem Medici via crastina
eximia pars & viaria. Conuulsi praecedentibus ma-
lis & signis, & symptomatis.

Amicus noster S. Ger. febre continens, & retrocedens
numquam restitit laborabat. In accessionibus praeteritis
morbis, a quo se, & quae, sanguis membrorum, oblatio-
que erat. Diffusa febre, ad se redibat. An hoc pro-
prium febrium? Nequaquam. At Galenus narrat contin-
gere aliquid per accessiones febiles, & retrocedens, & ex-

Amicus noster S. Ger. febre continens, & retrocedens
numquam restitit laborabat. In accessionibus praeteritis
morbis, a quo se, & quae, sanguis membrorum, oblatio-
que erat. Diffusa febre, ad se redibat. An hoc pro-
prium febrium? Nequaquam. At Galenus narrat contin-
gere aliquid per accessiones febiles, & retrocedens, & ex-

Alium quod contra Praxidi a sancto Andrea. Hinc
lupum os tibiae, & inuentum calli conglutatum fuit.
Exterio corpore (dilatatis per omnes) callus dilis-
tus est, & os tibiae, quod terminatum erat, dividitur
de dissolutione non veluti factum.

F I N I S

M m

INDEX RERVM MEMORABILIVM.

- A**
- Accessionum** tempore, contra præceptum Hippocratis, qui cibandi. 62
- Acetum** cur in hypnotico oxyrhodino non adhibetur à Mompessulanis. 220
- Acutos morbos** an moderetur Luna. 47
- Agris** aliquando credendum. 241. 244
- Aëris vires.** 222
- Aërem hum. idum & siccum** qui affectus consequantur. 137
- Agitatio & perturbatio violenta** cerebri, Epilepsiam mouet. 139
- Alcibiades** coram populo dicturus contremiscebat. 40
- Alöcs vsus** an tutus in hepate calido. 59
- Alterationi** potius studendum in malignis morbis, quam euacuationi. 249
- Alien Arabum.** 179
- Alio dura & calide** qualis aqua conueniat. 19
- Qualia** medicamenta, ibid.
- Alui adstricta causa** peculiaris. 38. 228
- Alui fluor** an hydropem iunet. 16
- Alui fluor** parotidibus superueniens salutatis. 7
- Alui fluor** frequens an ventriculum imbecillum arguat. 133
- Alui fluorum autumnalium** causa materialis. 144
- En Angina** an in gutture foris sectio fieri possit. 249
- Aphtharum** in puellis causa. 26
- Apoplecticis** an proficit stermitatoria. 7
- An theriaca.** 44. 45
- Apostasis** quid. 66. 67
- Aqua** qualis ventri duro & calido conueniat. 19
- Aquis** quid coctio multa conferat. 94
- Aquam gelidam** corpori nudo affusam in tertianæ paroxysmo sequuta & symptomata, & mors. 266
- Aquarum mineralium** vis. 268
- Ardentium febrium** crisis. 74
- Focus** aliquando. 135. 136
- Arteriotomia** an tuta in dolore capitis. 94
- An in pleuritide** conferat. 129

INDEX

- Arthritici cur libidinosi. 52
 Cur offenduntur frequenti vena se-
 ctione. 182
 Arthriticis vinum noxium. 17
 Arthriticis causa an semper à cere-
 bro. 91
 Arthritidis initio an præferenda
 phlebotomia catharsi. 14
 Arthritis an generetur in siccitati-
 bus. 147.153.164
 Asinina caro an Elephantem gene-
 rer. 187.188
 Asthmatis causæ. 201
 Atrophix an conueniat catharti-
 cum. 12
 Auræ malignæ vires. 203
 Austrina constitutio destillationum
 parens. 6
 Autumnus splenicorum morborum
 author. 115
 Autumno atra bilis succrescit. 144
 Autumni initio cur serum domine-
 tur. 148.156
 Autumnales morbi potius qualitatē
 materiæ, quàm quãtitatem sequū-
 tur. 45.115.144
 Autumnalium morborum causa. 176.179
 Indoles & symptomata. 181.182
 Autumnalibus in morbis victus ra-
 tio exquisita, quæ in alijs tempori-
 bus cur non seruanda. 181
 Cur in ijs non mittendus sanguis
 frequentius. 181
 Auxilij & Engobis quid differunt. 147
- B**
- B**Alnea quibus conueniant in do-
 lore capitis. 88
 Bilis & pituita omnium morborum
 authores ex Hippocrate. 91
 Bilis os ventriculi infectans malignā
 qualitatem æmulatur. 250
 Bilis atræ excentis præsagium. 243
 Biliosi an febriculosi. 167
- An ingeniosi. 176
 Biliosis cur nocet inedia. 10
 Biliosorum febricitantium corpora
 cur potius alteranda quàm eua-
 cuanda. 214
 Biliosa vrinæ an phlebotomiam sua-
 deant. 131.203
 Blæsi quibus morbis obnoxij. 126.
 127.136
 Brachij laborantis an secanda vena. 186
 Breuitatis morborum causæ. 133.134
 Bubones signa sunt viscerum malè
 affectorum. 169.170
 Budæus coram Francisco Rege ob-
 mutuit. 4
- C**
- C**Acheeticis & cacochrois cur
 sæpè laudabilis sanguis de-
 trahitur. 102.165
 Cacochymi calfacti horrent. 119
 In Cacochymia multa cum virium
 infirmitate non tutum catharti-
 cum. 213
 Cœli vis in hæc inferiora. 1.2
 Calidum nervis amicum. 268
 Calidum humidum temperamētum
 an optabilius calido sicco. 216
 Cacoethix humorum vis in morbis. 232
 Capitis in affectibus, an euocantibus
 ex alto, & medicamentis calidis
 sit vtendum. 268
 Caloris acris effectus. 121
 Caluitium ab insigni capitis dolore. 226
 Candidi valdè cur febriculosi. 167
 Capitis affecti aut granati sympto-
 mata. 189
 Capitis doloribus refrigerantia no-
 cent. 284
 Capitis in doloribus vehementissi-
 mis, viribus infirmis, an locus sit
 phlebotomiæ, & purgationi. 42

R E R V M.

An balneo aquæ dulcis.	134	Colliquationis tabificæ in febre pe-	
Capitis vulnera etiam leuia non ne-		stilentia, & variolis causæ.	49. &
gligenda.	251	sequ.	
Capitis dolore cur sæpius tentantur		Colicum dolorem iuuantia & læ-	
mulieres.	194	dentia.	23. 51
Capitis venarum apertio cur parum		Colici doloris remedia.	70
tuta.	117. 162	Colorationis in corpore causæ	104.
Cardiaca in suspitione variolarum.		& seqq.	
258		Comitialis morbus cur Epilepsia di-	
Cardiacum datum instante die se-		citur.	39
ptimo febris.	262	Conceptus falsi, sanguinis effusio sæ-	
Cardiogni in febribus intermitten-		pè signum.	242
tibus causa.	8	Conceptus in quibusdam mulieri-	
+ Cassia quibus noxia.	42	bus notæ.	100
Cur ijs quibus sectione detractus est		Conditio vitæ in morbis quid im-	
lapis.	190	portet.	97
Cataracti causæ.	192	Congressus impotentia à vulnere in	
Cataractosis cur nocet inedia.	10	fura accepto.	261
Cataractosis an mittendus sanguis.		Consensus in morbis causa.	82
173. 193		Consilium & remedium malum,	
Cataractosorum qualis substantia ce-		consultori & inuentori pessimum.	
rebri.	218		266
Cathartorum vis hebetatur deco-		Consuetudo medicamentorum, &	
cto varijs simplicibus alterato.	213	phlebotomiæ incommoda.	86. 87
Causarum procatarticarum an ha-		Contumacibus in morbis in orgas-	
benda ratio in morbis.	90	mo medicamenta danda.	48
Causi species.	123	Conuulsiones hysteriarum an pe-	
Causo hæmorrhagiæ familiares.	123.	riculosa.	107
135		Conuulsionis superuenientis phle-	
Cauticorum vtilitas, etiam vbi pus		botomiæ causæ.	244
non subest, in malignæ qualitatis		Corpora sicca, strigosa, extenuata	
suspitione.	259. 260	medicamentis non sunt agitanda.	
Cerebri agitatio violenta Epilepsiã			265
mouet.	39	Corruptione partium quæ sequun-	
Cerebri offensi signa.	258	tur febres sunt mediocres.	122
Chylosa excretio quomodo curari		Cranij fracturam vomitus non sem-	
debet.	13	per indicat.	213
Cibatio intempestiua morborum		Crassorum corporum incommoda.	
longorum causa.	231		223
Clysteres turgidulis noxijs.	22	Crisi præsentē aut instante euacua-	
Coctio quid aquis conferat.	94	tio omnis periculosa.	77
Coctio humoris an semper necessa-		Critico die an mittendus sanguis.	85
ria ad purgandum.	142	An purgandum.	110
Cœliacæ excretionis curatio.	13	An aliquid moliendum.	179. 214
Cœliaca affectio quid differat à lei-		Criticorum dierum obseruatio non	
enteria.	18	negligenda.	269

INDEX

- Cutanei morbi an semper oriuntur ab internis partibus. 30. 66. 67. 73. 104. 109
- Cutaneos morbos quando curare liceat. 74
- Cutis defœdationis causæ. 102. & seqq.
- Cystis fellis lapillis plena. 253
- D**
- D**eliquium animi an phlebotomiam dehortetur. 23. 70
- Quibus familiare. 130
- Delirium humorum qualitatem magis sequitur. 78
- Deliquij animi signa. 69
- Densorum corporum incommoda. 97
- Dentes canini cur auulsi grauia inducant symptomata. 123
- Dentium doloris causa. 95
- Desipientes an medicamentis agitando. 78
- Destillationes calidæ extenuatione corpori afferunt. 240. 245. 259
- Diæta extenuans. 92
- Diæte in sanis paulò indulgentioris commoda. 228. 229
- Diarrhœas sistere periculosum. 27. 28. 230
- Diarrhœa lapidosa. 243
- Diatheſis morbum difficilem reddit. 178
- Dolores palpitatorij circa ymbilicum mentem mouent. 73
- Doloris frequentissima causa. 44
- Doloribus in magnis suppuratione prouocanda. 272
- Dolorum lateris variæ differentia. 7. 8. 18. 54. 79. 88. 98
- In Doloribus lateris cur animaduertendum an febris sit essentialis, an non. 208
- Dureti opinio, quod pueros pleuriticos aut peripneumonicos non agnouerit Hippocrates. 266
- Dysenteria cur frequentior, vsus enematum noxius. 16
- Dyspnœarum quarundam, causæ. 198. 200. 201
- Quibus destillationibus tabes succedat. 286
- Dyspnœam iuuat purgatio. 217
- Dysuria quædam à vetere carnositate. 247
- E**
- E**mpiricorum remedia metallica morbos desperatos cur sæpè profligant. 270
- Ecchymosis quid. 104
- Eclipsis Solis & Lunæ quantâ corporibus alterationem afferat. 37. 48
- Ecchymata quid sint. 55. 99
- Ecchymaton causæ. 124
- Ecchymata in popularibus morbis cur praua. 35
- Emplastri de Vigo cum mercurio utilitas ad tumores & dolores variolarum. 1264
- Emplastrum ex pice idiotarum laudatum. 174
- Empyicorum sectio loco & tempore tentanda. 240
- Enchymosis quid. 104
- Enemata quando noceant dysenteria. 15
- Enematum acriorum noxa in longa alui suppressione. 17. 44
- Enterocœle cur in mulieribus periculosior, quàm in viris. 24
- Enterocœle vt curanda. 25
- Epaphæresis in longis febribus utilis. 22
- Epilepsia cur morbus comitialis dicta. 39
- Epilepsiam mouet violenta cerebri agitatio. ibid.
- Epilepsia an conueniat phlebotomia.

R E R V M.

Euacuatiōi etiā p̄ferenda re- fectio in virum languore.	172	Febres intermittentes an dentur ma- lignæ.	8
Euacuatiōi non tam studendum in morbis malignis quā alterationi.	265	Febribus putridis quid cōferat phle- botomia.	5. 6
Exanthemata in venatum sectionibus consideranda.	149 67	Febres venosæ & gastricæ.	117. 118
Exanthema quōtuplex.	105	Febres cur repetunt.	94
Exanthematis apparentibus an pur- gandum, & phlebotomandū.	141.	Febrium initio cur maximi circa vē- triculū dolores.	96
Exanthema quid.	66	Febres quorūdam anniuersariæ.	108.
Exanthemata an in abscēssum nu- mero reponenda.	67	Menstrua & insolitarum pe- riodorum.	172. 178. 252
Exanthemata etiā sine febre non tuta.	140. 141. 148	Febres ob corruptionem partiū sunt mediocres.	122
Exanthematū reliquæ.	250	Febrium ardentium crisis.	74
Circa Exanthemata notandæ quæ- stiones.	203	Fernelius circa originem arthritidis refellit.	91
Excreta quāliacumque in morbo maligno & pestilente an salutaria.	28. 36. 49	Fistula pulmonum aphthoica quid Hippocrati.	29
Excretiones fortes an perniciose.	45. 66	Flatus melancholicos soluit phlebo- tomia.	22. 72
Excretiones intus foras naturæ vim mirabilem ostendunt.	260	Flatus & ichor dolorum causæ fre- quentissimæ.	83. 252. 283
Experientiæ insolentis imprudentis- que fatalis catastrophe.	26	Fluida etiā redduntur corpora ali- mentis.	219
Facies nitida quid indicet.	76	Fluxione in frigida an mittendus san- guis.	173
Quid nauiis contaminata.	ibid.	Fœmina an mas imperfectus.	47
Febriculosi qui.	167	Fœtus in vtero varia conformatio secundum tempora.	58
Febris an detur topica.	95. 114	Formosissimis mulieribus cur impu- rus sæpè sanguis detrahatur.	191
Febris capitalis.	119	Fracturam cranij vomitus an sem- per indicet.	215
Febrem an linguæ alteratio conse- quatur.	116	Frigus positiuum & priuatiuū quid. 74. 75. Signa vtriusque.	ibid.
In Febre pestilenti cur tam fœdæ ex- cretiones.	119	Furfuraceum quibus caput est an sa- ni degant.	27
De Febre essentia disputatio.	122		
Febrium differentia incognita.	120		
Febres nocturnæ an diurnis deterio- res.	5		
		G alli exenterati phrenitidi quā- do profunt.	5
		Illorum vtilitas in dolore capitis.	45
		Genituræ & vocis consensus.	109

- Gentilicij morbi à Medico valdè cõsiderandi. 172
 Germinis falsi signa. 63
 Gonorrhœæ suppressa historia notanda. 217
 Gracilis corporis commoda & incõmoda. 223
 Gradiendi impotentiz remedia adhibita. 93
 Grauiditas venæ sectionem non dehortatur. 23. 25
 Guaiaci decocto an admiscenda purgantia. 41
- H**
- H**abitus corporis sui sunt affectus, sui que morbi. 30. 73. 104. 109. 111. 112.
 Habitus corporis elaboratio alimèti perfectissima. 186
 Habitus gracilis aut crassi vter præster. 223
 Habitus cur sæpè pinguis & laudabilis, labefactis alioquin visceribus. 29. 30
 Hæmorrhagia quibus utilis. 73. In quibus sistenda, in quibus non. 135
 Hæmorrhagia quibus in febribus critica sit. 74. 135
 Quibus item morbis. 123. 135
 Hæmorrhagiæ cuiusdam origo ab hypochondrijs. 62
 Hæmorrhagiæ peripneumonice & cause familiares. 123. 135
 Hæmorrhagia è naribus cur non statim suppressenda. 179
 Hemitritæi materia. 49. 71
 Hepar quid habet *αυδρροπον*. 9
 Hepate inflammato an hæmorrhagia salutaris. 135
 Hernia gentilicia. 242
 Hidrotica quibus noxia. 58
 Hidrotica quibus in febribus utilia. 94
- Hippocraticum vinum an grauidæ instante partu propinandum. 43
 Horroris vicissitudo in febribus vnde. 8. 119
 Humescantia quantum commoda melancholicis affectibus. 225
 Humor motus non excretus deterior seipso quiescente. 215
 Humorum sola congeries morbum difficilem non reddit. 178
 Humores quidam sua malignitate venena adæquant. 259
 Humorum cacoethia vis. 232. 246. 252. 253. Cur cognoscenda. 253. 259
 Humorum inæqualium inæquales sunt mores, & motus. 272
 Hydrargyrus qua vi agit. 11
 Cur semini bellum indixit. 11
 Hydrargyri virtus in lue venerea, & lepra. 15
 Hydrargyri litus causa perpetui pyralismi. 246
 Hydrargyri litus utilitas in tumoribus à variolis. 264
 Hydrops cur non conueniunt scammonium, & antimonium. 43
 Hydrops an confetat vinum. 126
 Hydrops quæ dicta conueniat. 136
 An iulepi & apozemata. 10
 Hydrops pulmonis signa. 17
 Hyeme an calidissima medicamenta præscribenda. 54
 Hypochondriacorum alleuatio vnde. 223
 Hystericarum conuulsiones an peticulosæ. 107
 Hystetica in passione vis & motus nature admirabiles. 26
- I**
- I**chor & flatus dolorum cause frequentissima. 8;
 Icteri ante septimum perniciosi. 173
 Idiocrasia

R E R V M.

Idiosyncrasia quanti momenti in Medicina.	28	Lateris dolor fugax malignus.	165
Idiotarum remedium laudatum.	174	Lateris dolorum differentia.	7. 8. 54. 79. 88. 95. 154. 223. 227
Imperigo an solius cutis morbus esse possit.	63. 67	Lateris in doloribus quando purgandum.	18. 79. 98. 225. 227
Inedia in catarrhosis noxa.	10	In quibus vena non secanda.	18. 79. 80. 98. 225. 230. 231. 232
Infantium nephritidis coniectura.	246	Leienterie continuæ & diurnæ symptomata.	143
Infirmitas virium, ab oppressione in principijs morborum.	214. 249	Leienterie à cœliaca affectione discrimen.	218
Inflammatiō sanguinem corrumpit.	122	Lentor circa dentes quid significet.	117
Influxus cœlestis in hæc inferiora vis.	2	Lentiginosi malis ichoribus abundant.	270
Infœcunditas ex venæ sectione pone aures.	134	Lepra an possit esse morbus solum cutaceus.	65
Ingeniosi cur melancholici & biliosi.	176	Lethargicis an tutò exhibeatur theriaca.	44. 45
Intemperantia leuis in excessu esculentorum, & potulentorum cur præferenda æquali parsimonia.	228. 229	Lethargum quomodo æmuletur peripneumonia.	118
Ira pituitosis confert.	191	Liberorum corpora cur facilius morbos & remedia ferunt, quam seruatorum.	96
Iracundi qui.	121	Lien quid habet <i>κατ' ἴσους</i> .	9
Ischias non semper à cerebro.	91	Lienis vulnera non sunt lethalia.	251
An à siccitate fieri possit.	153	Lienis vitio laborantium edacitatis causa.	60. 61
Iuseulorum vsus turgidulis & infatis noxius.	22	Lienosis an conferat diarrhœa.	6
An ad impinguationem commodus.	184	An vinum album.	10
An orthopnoicis & pulmonicis.	188	Linguae alteratio & vitium quid indicet.	116
L		An febrem.	ibid.
L ac asinae an arceat elephantem.	186. 187	Linguae colorum species.	116
Lactis vsus in colico dolore atq; bilioso.	98	Quid agendum insinuent.	ibid.
Lactis in vetriculo coagulatio quomodo impediatur.	211	Linguae balbutiæ & hæsitantiæ causa.	126. 127
Lacrymæ an prouocandæ in ophthalmia.	41	Lochijs suppressis audacter secanda vena.	208
Languoris ab egrotatione, discriminè, & causa.	265	Lochiorum suppressio cur deterior mensium suppressione.	250
		Longos morbos an moderetur Sol.	47
		Longitudinis & breuitatis morbo-	

N n

INDEX

- rum causæ. 133. 134
 Luis venereæ alexiterium. 15
 Luis venereæ reliquiæ noctu mouentur. 171
 Luis venereæ quale venenum. 219
 Luis venereæ, & pestis collatio. 119
 Lue venerea olim affectorum vlcerâ difficilè sanantur. 219. 235
 Luna an morbos acutos moderetur. 47
 Luna deficiente an sanguis mittendus. 48
 Luna silente an corpora imbecilliora. 199
- M
- M**alignis in febribus sanguis parcè detrahendus. 8
 Macri & squalidi an iuuentur venæ sectione. 121
 Mala minima non negligenda. 130
 Malignis in morbis alterationi maximè studendum. 249
 Mammatarum minima affectio non contemnenda. 205
 Materiæ virulentę suppressio mortifera. 270
 Medicamenta validissima an hysme præscribenda. 54
 Medicamenta ventri duro & calido qualia conueniant. 19
 Medicamentorum vsus frequens an commodus. 86. 87
 Medicina optima, non uti medicina. 175
 Medicum industrium & minimè timidum fortuna sæpè iuuat. 186
 Melancholicus humor an aptus capitis dolori excitando. 44
 Quomodo cordi infensus. 219
 Melancholicorum accidentium & dolorum à catarrho discrimen. 219. 220. Quàm noxiâ ijs exficantia. 203. 204
 Melancholici cur ingeniosi. 176
 Melancholici cur famelici. 60. 61.
 Cur in accessionibus cibandi. 62
 Mensis tum Solaris, tum Lunaris quot dierum. 47
 Mensium eruptionis signa in febribus laboriosis. 99. 245. 267
 Mensium sistendo fluori quomodo astringentia & refrigerantia noceant. 203. 204
 Mensibus fluentibus an mittendus sanguis. 47
 Menstrua purgatio præ pudore suppressa penitus. 271
 Mesenterij abscessus symptomata & signa. 272
 Metastases & inclinationes naturæ sunt admirabiles. 260
 Mœroris & tristitiæ effectus. 157
 Molæ signa. 62. 73
 Mompeffulani Medici in oxyrhodino hypnotico cur acetum fugiunt. 220. 221
 Morbi qui consuetis remedijs non cedunt, *κακόν Θεσ.* 8. Hi morbi quomodo curandi. 172
 Morbi gentilitij à Medico valdè considerandi. 172
 Morborum principia ex Hippocrate. 2. Ingenium. 172
 Morbi autumnales sæpè malè morati. 5
 Morborum autumnalium idea & symptomata. 181. 182
 Morbi per consensum quot modis fiant. 82
 Morbi longi an fiant per consensum. 82. 83
 Morbi vbi sunt obstinati, humorum motus sequendus etiam die paroxysmi. 27
 In Morbis omnia timenda. 205. 226
 Morbos acutos an moderetur Luna 47

R E R V M.

Morbos quid difficiles vel faciles reddat. 178

Morbilli non solum temporis, sed etiam corporis constitutionem sequuntur. 169

Morbillis quando conueniat catharticum. 27

Morbillorum eruptionem an impediatur catharticum. 36. 37. An phlebotomia. 49. & sequ.

Mortis ab oppressione causa. 199

Motus & inclinationes naturæ sunt admirabiles. 260

Motus etiam vterini. ibid.

Mulieres cur difficilius morbis implicentur. 92

Mulieres cur suppressis mensibus de dolore circa os ventriculi queruntur. 96

Mulieres cur doloribus capitis sæpius affliguntur. 194

Mulieres vino deditæ grauius morbis obnoxie. 221

Mulierum abortus in peste. 269

Mutationum temporum vim qui maximè perferunt. 190

N

Naturæ motus & inclinationes admirabiles. 260. Et metastases. 261

Nephritidis in infantibus coniectura. 246

Nerosi partibus calidum amicum. 268

Nitoris vultus causa. 104. 105

Nouerca vna, duæ matres quid. 8

Nutrices pleuriticæ cur maximè dyspnoicæ. 193

Nutrices quæ diu fuerunt, aut debiles, aut fluxui muliebri obnoxie. 255

Nutricibus scammoniata nocent. 27

O

Obstructionis venarum mesaraicarum curatio. 13

Oculorum morbi multis remedijs non vexandi. 63. Illorum duratio. ibidem

Oculorum rubor phlogoseos cerebri argumentum. 114

Oculis frigida nocent. 262

Oleorum calidè instillatorum vulneribus pulmonum utilitas. 268

Orthopnœa sicca, quæ Hippocrati. 198

P

Pallidis cur laudabilis sanguis sæpè detrahatur. 102. 103

Palpitationis cardiacæ causa. 230

Papulæ in popularibus morbis cur prauæ. 35

Paracentesis cur formidanda. 203

Paralyfis quomodo fiat. 59

Parotides quæ perniciose. 35. 49

Parotides quæ minùs meruendæ. 56

Parotidum suppuratio cauenda. 23

Paroxyismi febrilis vi, exitus oculi. 267

Paroxysmorum initio vomitus confert. 115

Partium corruptionem quæ febres sequuntur, sunt mediocres. 122

Partus an sit vitalis sexto mense Solaris. 48

Παράζεν quid significet. 127

Pectoris dolor à qua interdum causatus. 97

Peripneumonix causæ & symptomata. 155

Peripneumonix sicca causæ, signa & remedia. 85

Peripneumonia ad lethargum accedit. 101

INDEX

- cedens. 117
 Peripneumonicis cur audacter mit-
 tendus sanguis. 21
 Pestis & luis venereæ collatio. 119
 Pestilentis febris dolor *ἰστοκόπης* vn-
 de. 50
 Pestilentibus in morbis qualiscum-
 que excretio iuuat. 36. 49. Cur
 tam fœdæ excretiones. 119
 Pharmaca vim naturæ inferunt. 175
 Phlebotomiæ vtilitas in febribus
 putridis. 5. 6. 164. In tumente
 ventre puerorum. 6. In febre pe-
 stilenti. 50. In Variolis & Mor-
 billis ante & post eruptionem. 49.
 50
 Phlebotomia improbata in mali-
 gnis temporum constitutionibus.
 8. in capitis doloribus. 117. in
 catarrhosis 173. stomachosè dam-
 nata in lateris dolore à congela-
 tione. 79
 Phlebotomia cur in morbis carnis
 competat. 117. Quibus præci-
 puè febribus. 118. 164
 Phlebotomia an siccis & excarni-
 bus conueniat. 120
 Phlebotomia an impediatur suppurat-
 um. 206. 255
 Phlebotomia an conueniat initio
 paralyseos. 93
 Phlebotomiam an suadeat vrina bili-
 osa. 131. confusa. 222
 Phlebotomia præferenda catharti-
 co in dispositione inflammatoria
 ventris inferioris. 150
 Phlebotomia an præferenda purga-
 tioni. 76. 212
 Phlebotomia sæpius repetita argui-
 tur in pleuritide. 46. 226. in do-
 loribus lateris. 79. in dolore ca-
 pitis. 95. in decoloribus. 111. in
 morbis thoracicis. 162. in morbis
 autumnalibus. 187. in arthritide.
 182
 Phlebotomia quibus lateris dolori-
 bus competat. 7. 225. 227. & aliis
 casibus. 7. 223. 227. Quibus non
 competat. 54-79
 Phlebotomiam an dehortetur ani-
 mi deliquium. 23. An puerorum
 ætatula. 140. An grauiditas. ibid.
 Phlebotomiæ vespertinæ & noctur-
 næ incommodum. 28
 A Phlebotomia somnus an conce-
 dendus. 70
 Phlebotomia in febre tertiana omif-
 sa mortis causa fuit. 267
 Obseruanda ad Phlebotomiam. 67
 Phrenitidi an arteriotomia confe-
 rat. 129
 Phrenitidis & siriaseos differentia.
 114
 Phrenitidi quando exenterati galli
 profint. 5
 Physiognomia refutata. 107
 Pilulæ de argento viuo parum tutæ.
 242. 263
 Pilularum ex rheo vsus quibus vti-
 lis. 132. stomachicarum. 215
 Pituitosis naturis ira confert. 191
 Pituitæ acidæ effectus. 151
 Plebeij homines cur salubrius viuunt
 ijs, qui exquisitam viuendi nor-
 mam tenent. 229
 Pleuritici cur horreant. 90
 Pleuritidis variæ ideæ. 84
 Pleuritidis siccæ causæ & signa. 83
 In Pleuritide licet vergente ad no-
 thas costas cur præferenda phle-
 botomia purgationi. 21
 Pleuritidi siccæ à frigore an conue-
 niat venæ sectio. 84. an falsa à
 tumore abdominis, & suppressa
 aluo. 165. 168
 Pneumatici Medici. 44. 176. 253
 Portulacæ succus ad verrucas. 46
 Præcordiorum qualitas vt in facie
 innotescat. 76. 146. 265

INDEX

- Remedia vera non negligenda. 259
 Remedij à rustico exhibitì fœlix
 successus. 41
 Repellentium noxa. 262
 Rhabarbari præparatio ad obstru-
 ctiones. 60
 Rhabarbari vsus in quodã casu. 178
 Rheumatismi in pulmonem mate-
 ria non omnis à capite. 239
 Rigores inanes translationem ad
 caput afferunt symptomaticã. 59
 Rigoris cuiuslibet causæ. 273
 Roborandum potius quàm vacuan-
 dum in virium languore. 265
 Rubiolarum differentia. 55. signa.
 55. 56.
 In Rubioliis cauendum à potu fri-
 gido. 57
 Rubor oculorum phlogoscos in ce-
 rebro argumentum. 114
 Ruforum quales humores & morbi.
 205. 245
- S
- S**alfedinis gustus in ore quid in-
 dicet. 116
 Sanguinis vomitio vicaria interdù
 est eruptioni menstroz. 261
 Sanguis parcè detrahendus in febr-
 bus malignis. 8
 Sanguis cur sincerus sæpè fluit ex
 narib⁹, è brachio corrupt⁹. 68. 101
 Sanguis qualis reddatur immodica
 euacuatione. 72
 Sanguis cur laudabilis sæpè demitur
 in cacochroicis. 163. 167
 Sanguinis albicantis causæ. 60
 Sanguis visus bonus, tota substantia
 sæpè malus, & contrã. 192
 Sanguis laudabilis cur sæpè detrahi-
 tur visceribus vitiat. 101
 Sanguis cur impurus ex vna vena
 potius quàm ex alia. 101. 102
 Sanguis in febribus quomodo vitia-
 tur. 122
- Sanguinis à lactis euacuatione dif-
 ferentia. 233
 Sanguinis fluxus ex vtero partum
 legitimum non impedit sæpè. 267
 Scabies quando malum tantùm cu-
 raceum. 73
 Scammonij & scammoniatorum
 noxæ. 42. 43. 84
 Scammoniatis an miscenda adstrin-
 gentia. 43
 Scelotythe quid. 100
 Secundina nullæ sunt in mola. 63
 Securitas nimia in morbis vitanda.
 226
 Semitertianarũ accidentia. 138. 139
 Septimestrem partum quot dies cõ-
 pleant. 51
 Seri dominantis & efferi symptoma-
 ta. 113. 148. 190. 224. 252
 Seri remedia. 155. 168
 Seri suppressi symptomata. 121. 247.
 267
 Seri à remedijs procurati & sponte
 geniti discrimen. 223
 Serum generantia. 115. 147
 Seruorum corpora cur minus ferunt
 morbos & remedia, quàm libero-
 rum. 96
 Siccantia remedia quantum noxia
 melancholicis affectibus. 220
 Sicca & strigosa corpora medica-
 mentis non sunt agitanda. 265
 Siccitas licet imbribus salubrior,
 morbis tamen non vacat. 4
 Siccitas causa aliquorũ affectuũ. 223
 Siccum temperamentum an opta-
 bilius humido. 216. 217
 Siccorum corporum dotes. 223
 Sinciput cur doleat vtero affecto.
 108
 Sincipitis & vteri consensus. 129
 Singultus causa in febribus biliosis.
 139
 Sirialis quid. 114. 134

R E R V M.

Siriaeos & phrenitidis differentia. 114	Tabes quas destillationes maximè consequatur. 256
Solis & Lunæ eclipsis quantam corporibus alterationem afferat. 37. 48	Tabis duæ differentiæ. 238
Spiritus cur <i>δζμύρα</i> dicti. 133	Tabidis cur dentes liuescunt. 27
Splenes quid Hippocrati. 115	Temperamentum calidū humidum an optabilius calido sicco. 216
Splenici morbi quando regnent. 115	Tempestatum vis mira. 269
Spondylorū caries à lue venerea. 83	Tempestatum vim qui maximè sentiunt. 190
Sputum sanguinis non est semper formidandum. 28	Temporum obseruatio quanti momenti in re Medica. 2. 3
Sputo sanguinis an conueniant adstringentia. 45	Tentæ quoddam in causis, magnarūq; virium. 252. 253
Squalido tempore qui humores dominantur. 147. 148	Terminthorum causa. 98
Squalidorum corporum incommoda à detractiōe sanguinis. 72	Tertianis febribus an competat venesectio ante tertiū paroxysmū. 121
Styptica noxia in colico dolore, licet vomitus adsit. 51	Tertianis in febribus quæ fiunt vomitiones, sunt expertes malignitatis. 8
Sudatoria laudata. 135	Tertiana in febre omissa venesectio mortis causa fuit. 267
Sudor cruentus. 269	Testiculorum consensus cum pulmone. 83. 109
Sudorum prouocatio in doloribus à diffusiōe feri. 157	Theriaca an tutò exhibeatur in comatosi affectiōibus. 44. 45
Sudores inanes translationem ad caput afferunt symptomaticam. 59	Thoracis cōsensus cum testibus. 109
Sudoribus manantibus an possit mitti sanguis. 179	Thoracis litus cur pulmonicis conferunt. 212
Sudorum suppressorum incommoda. 121	Tibiarum vlcera consolidata quid accersant. 212
Sudorificis, quibus in febribus locus. 94	Tiq morbi causa, & remediū. ibid.
Suppurationem an impediatur venesectio. 206. 214. 222. 234. 255	Tō <i>θερυ</i> quid Galeno. 2. Vbi considerandum. 250
Sympathiæ in morbis modi & differentiæ. 81. 82	Tonitru vis in mutandis aëre & morbis. 269
Synochi imputres. 120	Tetrasoquus febris quid differat ab hemitritæo. 49
Syntonia quid. 185. 188	Tussis quinta diei causa. 237. 238. 256
Syrupi violati vsus post purgatiā. 59	Tussis sicca. 238
Suppressi humoris vitiosi & maligni noxa. 262. 270	
Suppuratio prouocanda in magnis doloribus. 272	
T	V
Tabes & colliquatio in febre pestilenti, & variolis, vnde. 49.	Vaporum tetroꝝ in multis affectibus variæ nozarum idæ. 219. 223. 225

INDEX

INDEX RERVM.


- Varicosarum venarum apercio tuta. 242. 268
- Variolarum eruptionem non impedit catharsis. 37. Nec phlebotomia antè & post. 49. 50. Cardiacorum vsus in Variolis. 258
- Variolarum terrifica symptomata. 264
- Venarum capitis sectio cur parum tuta. 117
- Venarum angustia consideratu digna. 135. ad purgationem & phlebotomiam. 164
- Venenorum distinctio. 119
- Venenorum cur alia cor, alia partes alias impetunt. ibid. & 110
- Venosi qui. 120
- Ventres calidi carnes habent frigidas. 120
- Ventriculi delicati aut exquisiti sensus symptomata. 40
- Ventriculi dolor initio febrium vnde. 96
- Ventriculo quæ purgatiã obsint. ib.
- Verni morbi plenitudinem potius, quàm cacoëthiam sequuntur. 4
- Vermes varias doloris species excitare possunt. 21. & terrifica symptomata. 246
- Verrucarum cura. 46. 254
- Victus ratio in morbis autunalibus qualis seruanda. 181
- Victus ratio qua corpus minimè pinguescat. 92
- Vinum Hippocraticum an instante partu grauidæ propinandum. 45
- Vinum an hydropi conferat. 126
- Vinum album oligophorum quibus in febribus conueniat. 94
- Vino deditæ mulieres grauib⁹ morbis obnoxia. 221
- Virgo præ pudore desijt esse menstrua. 271
- Virulentæ materiæ suppressio mortifera. 270
- Viscerū inflammatorum crisis. 74
- Viscerum integritas aut vitium vt in facie se se prodat. 76
- Vitiligo an solius cutis morb⁹. 65. 67
- Vitiligo est morb⁹ toti⁹ substantiæ. 73
- Vlcerum tibiãrū consolidatio periculosa. 130
- Vlcera hydrargyro curata. 132. 158
- Vlcera eorum qui lue venerea aliquando laborarunt, difficulter sanabilia. 219. 235
- Vocis vitiorum causæ. 127
- Vocis & genituræ consensus. 109
- Vomitoriū quando præferendū cardiaco in defectionib⁹ animi. 13
- Vomitio confert initio paroxysmorum. 115
- Vomitionē sistere interdum perniciosissimum. 28. 230
- Vomitio sanguinis vicaria sæpè est menstruæ eruptioni. 261
- Vomitus à casu, an cranij fracturam semper indicet. 215
- Vomiturientium curatio. 132
- Vrina biliosa an phlebotomiam suadeat. 131. 203
- Vrinæ profusio lienosis confert. 6
- Vrinæ suppressæ causæ. 166
- Vrinæ confusæ differunt à perturbatis. 222. An phlebotomiam postulent. ibid.
- Vrina acris etiam aliquo commodo non caret. 235
- Vteri & sincipitis cōsensus. 108. 129
- Vterorum cōplicatio, morbus Hippocrati notus. 152
- Vteri vis & motus mirabiles. 260. 261
- Vultus est animi index. 106

F I N I S.

INDEX

INDEX
 VOCVM GRÆCARVM
 OBSERVATV DIGNIORVM,
 quæ in BALLONII Epidemiis
 continentur.

A

	Οληπιος επισημασία. 196		
	Αθρόως. 66		Γ
	Αίμα σερκώδης. 73-144	Γένεσις Σωροχός. 134	
	Αίμα διυρεϊν. 122	Γλώσσης υπό ξηρότητος ψέλλοι. 128	
	Αίματοχύται. 233	Γλώσση άκρατής. 244	
	Ακράτεια τ' γλώσσας. 126		
	Άλεις. 66		Δ
	Ακρωσις Ιπποκρατική. 106		Η
	Αναδορμαίνεσθαι. 75	Διάθεσις υποχορδειακή. 8	
	Αναπόσις). 139	Διάθεσις ρουματική. 16	
	Ανέμπερ. 56	Διαδέσεις άφθώδεις. 142	
	Ανάρροπον, κατάρροπον. 9	Διάθεσις σιωτική. 185	
	Άγεια, άνέμος. 44	Διαλέκτη πάθος. 126	
	Ανομαλία σφυγμ. 70	Διάχυσις. 7. 62. 169. 185	
	Απύπνογ. 250	Διάχυσις τ' φλέγματος. 189	
	Αποσπασ και έξανθήματος diff. 265	Διυρεϊν. 67. 122	
	Απόπξις. 238	Δυσδιαφ'όρητον σώμα. 221	
	Ασπασεΐτις. 36		
	Ασφυζία. 34. 195		Ε
	Απία. 265		
	Απυσι. 136	Εγχύμωσις. 104	
	Αυάντης. 143	Εκθύματα. 35	
	Αυχώς. 147	Εξανθήματα. 36. 65	
	Αυχία. 124. 148	Εκχύμωσις. 104	
		Έκλυσις. 57	
		Έξις. 30	
		Έξις άθλητική. 105	
		Έπαρματα. 138	
			Ο

Πεπασμὸ ἀδυναμία.	20	Ταλαχῆ.	42. 157
Πέπυα φαρμακίου.	54	Τάσις.	188
Περγυλιχέρην.	117. 184	Τραυλός.	127. 128. 136
Περεαλικός.	17. 44	Τραυλότης.	127
Πικρόχολοι τὰ ἄνω.	51	Τριχόματα κενχρώδεια τῶν ἐν ἰσθμῷ κατὰ	
Πλατυφρεσὸι.	107	των γνομήριος ἰσθμῶ ἀσπίδαση.	99
Πνευματικοὶ ἰατροὶ.	44. 167. 176. 253	Τειταισθενίς.	35. 49
Πολὺς πλάξις.	75	Τρυχοφωγία.	184
Προθυμώτερα σώματα.	223		
Πῦρ βληχρόν.	122	Τ	
Πυρετὸς πρεταμοφνῆς.	49	Υπερέμετος τῶ φλέβων τῆ κεφαλῆς. II.	129
Πυρετὸς κεφαλικός.	114	Υπερχεθαρσίς.	270
Πυρετὸς ἐκείης βληχρός.	122	Υπόσπληνος.	98
Πυρετοὶ γαστρικοί.	117	Υπόχλωσις.	100. 102
		Υποχρωμα.	187
		Υπογέμιος.	44
		Υποσαρίδιος.	28
Ρευματικὸ διάθεσις.	16		
		Φ	
		Φθαίει χεῖρῶ.	238
		Φθέρειον.	207
		Χ	
		Χλωροσπυα λαμπερὸν.	76
		Χερνιον νόσημα.	83
		Χερσία διάθεσις.	ibid.
		Χρωματις ἀναλάφιος ἕνεκα τῆ εἰρημώ-	
		σιος.	104
		Ψ	
		Ψελλότης.	127
		Ψωροφθαλμία.	32
		Ω	
		Ωμων αἷμα.	89
		Ωρεῖα ὠρεῖως.	55
Ταχύγλωσσις.	136		

FINIS.

O ij

Errata sic corrigito

Pagina 3. Epist. ad Lect. lin. 2. sinistra. Pag. 1. Epist. Ball. lin. 3.
 tunc. Pag. 2. li. 24. effluere. li. vlt. permanet. Pag 8 lin. 10. *ad d. des.*
 in marg. substantiæ partium. Pag. 10 lin. 2. ratus. lin. 18. angina. Pag. 14
 lin. 11. an ineunte. Pag. 22. lin. 1. *κροταφισμ.* Pag. 24. biliosum.
 Pag. *dele* talem affectum. Pag. 29. lin. 5. tabe. 31. lin. 18. Sudores
 proruperunt. 53. lin. 19. massa pilul. 66. lin. 18. auriginoso colore.
 70. lin. 21. nos debet. 71. lin. 20. nec regitur. lin. 26. is verè. 75.
 lin. 19. morbum. 79. lin. 9. *dele* multos. 80. lin. 2. queritur. *ibid.*
 fiat. lin. 9. At æq. lin. 14. fiat. lin. penult. nequiret. 81. lin. 23. transf-
 mittatur. 81. lin. 5. luis venereæ. 84. lin. 19. factitant. 87. lin. 4. ob-
 seruauimus contigisse, *dele intermedia.* 99. lin. 12. asperitates. 101. lin. 4.
 supeditetur. 102. lin. 28. quod color. 105. lin. 35. Et si. 110. lin. 31.
 relapsus. 111. lin. 25. decoloratio. 114. lin. 23. insomniis. 116. lin. 9.
 pomeridiano. lin. 22. lotium. 213. in marg. femin. 128. lin. 4. pro-
 feratur. 130. lin. 18. purum. lin. 23. Vxor. 138. lin. 10. apparebat. 148.
 lin. 13. 164. lin. 2. contrà 169. lin. penult. emunct. 240. in marg. in Emp.
 241. lin. 18. materia. 250. lin. 33. ij. 251. lin. 15. viro.